



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**


**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

Liber LXXVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66406)



# HISTORIA ECCLESIASTICA.

## LIBER LXXVII.

INNOCENTIUS III. PAPA.  
OTTO IV. IMP. OCC. HENRICUS IMP.  
CONSTANT.

§. I.

*Quæ in Bello contra Albigenſes  
ſecuta ſint.*

Complures Franciæ Epifcopi, ſocios Sæcul. XIII.  
ſe aliis Crucigeris dantes, contra A.C. 1211.  
Albigenſes militabant. Anno mil-  
leſimo ducentefimo decimo, obſidenti-  
bus



Sæcul. XIII.  
A. C. 1211.

*Petr. Hist.*  
*Albig. c. 41.*

c. 48.

c. 49.

c. 32.

bus Castrum Thermanum in Diocesi Carcassonenſi ſe ſe junxerunt Renaldus Barienſis Epiſcopus Carnotentis, Philippus Drocenſis Epiſcopus Belvacenſis, cum Guilielmo Archidiacono Pariſienſi, militarium operum Architecto peritiſſimo, qui brevi temporis ſpatio propugnatores ad deditionem compulſit. Ad medium Quadrageſimæ anno ſequentis milleſimo ducentefimo undecimo, cum in Francia adhuc annus milleſimus ducentefimus decimus numeraretur, Epiſcopus Pariſienſis, compluribus aliis Crucigeris cinctus, Carcaſſonam venit, quem paulo poſt ſecuri ſunt Epiſcopi Lexoviienſis, & Bajocenſis, cum obſideretur Vaurum urbs, quæ, incurrentibus militibus, in Feſto Inventionis S. Crucis die tertia Maji anno milleſimo ducentefimo undecimo, expugnata. Capſis mœnibus Aimericus de Monte regio, & complures alii Ordinis Equeſtris viri, numero octoginta, producuntur, quos omnes Comes Montfortius ſuſpendio necari præcepit. Jamque Aimerico hoc mortis genere extincto, patibula corruerunt, utpote opere tumultuario erecta, & Comes, cui longum videbatur alias furcas ſtatui, ceteros ferro interfici juſſit, quod ſacri peregrinantes promiſſime executi ſunt. Præterea trecentos circiter Hæreticos flammis peremerunt, ac



ac, jubente Comite, Matrona Vauren-  
sis, Aimerici soror, Hæretica contuma-  
cissima, in puteum coniecta & lapidibus  
obruta est. Tum Episcopi Castrum,  
quod *Casser* dicebatur, a Crucigeris in  
potestatem redactum, intrantes exhor-  
tari ad conversionem Hæreticos coepe-  
runt. Cumque nec unum quidem ad  
damnandum errorem permovere po-  
tuissent, ipsis exeuntibus, pii Peregrini  
correptos Hæreticos, homines numero  
ferme sexaginta, magna animi alacritate  
in ignem præcipitant.

Obsidione Vauri \* urbis adhuc te-  
nente, Fulco Episcopus Tolosanus ad Co-  
mitem Montfortium venit, hanc ob cau-  
sam. Sabbato ante Dominicam Passio-  
nis Episcopus pro more Ecclesiarum Ca-  
thedralium Ordinationem Clericorum  
peragere constituerat; sed tunc in urbe  
versabatur Comes Tolosanus, nomina-  
tim excommunicatus, quo præsentem di-  
vina Mysteria celebrare non licebat. Er-  
go Episcopus, missis nunciis, humilibus  
precibus Principem rogat; ut e civita-  
te excederet, & ambulatum iret, saltem  
tanto temporis spatio, usque dum or-  
dinati fuissent Clerici. Sed Comes ira  
accensus, Equestris ordinis viro ad Epi-  
scopum misso, protinus ex urbe & ex  
omnibus suis Ditionibus migrare, si vi-  
tam amaret, jussit. Episcopus intrepide  
respon-

Sæcul. XIII.

A.C. 1211.

Guil. de Pod.

Laur. c. 17.

\* Lavour

Petr. c. 53.

c. 31.



Sæcul. XIII.  
A.C. 1211.

respondit: *Neutiquam Comes Tolosanus me creavit Episcopum, sed Ecclesia elegit. Ipso iubente non abibo. Veniat ipse, si armatus me aggredi non exhorreat, solum & inermem habebit. Percussorem & Martyrii Palmam expecto.* Tum Episcopus in dies ominabatur, fore, ut vis sibi inferretur, sed elapso trium septimanarum spatio ex urbe discedere statuit, atque egressus intra Octavam Paschæ Comitem Montfortium, cum ille obsidionem Vauri moliretur, adiit. Urbem illa capta, datis literis, Præpositum Ecclesiæ suæ Cathedralis ceterosque Clericos Tolosa excedere iussit. Obsecuti sunt illi Episcopo præcipienti, ac nudis pedibus incedentes & Corpus Domini nostri portantes ex urbe migraverunt.

*Guil. de Pod.  
Laur. c. 15.*

*Catel.  
Langued.  
lib. 2. p. 120.  
&c.*

Fratres Tolosani.

Fulconi Episcopo visum est, Tolosanis quoque illam Indulgentiam esse concedendam, qua Crucigeri advenæ gaudebant. Quare, operam conferente Legato, Tolosæ magnam societatem instituit, cui omnes propemodum urbis & non nulli Arcis incolæ nomen dederunt. Quippe civitas & castrum quæ duæ urbes separatæ habebantur, ac in illa Ecclesia Cathedralis S. Stephani erat, in Castro autem Abbatia S. Serni, plerorumque nobilium Laicorum sedes.

Episcopus



Sæcul.XIII.  
A.C.1211.

Episcopus, Crucem omnibus porri-  
gens Fratribus, juramentum exegit,  
quod contra Hæreticos & Usurarios mi-  
litare vellent; eisque præfecit Prætores  
quatuor, ex quibus duo, nempe Aimeri-  
cus de Castro novo & Arnaldus ejus fra-  
ter, Equestris Ordinis viri erant. Tan-  
ta vero eorum fuit auctoritas, ut accu-  
satum Usurarium ad sustinendam in Ju-  
dicio rei personam, & satisfaciendum A-  
ctori, compellerent. Ubi vocati impe-  
rata facere detrectabant, Fœderati, ca-  
ptis armis, in rebelles movebant, eorum-  
que domos diripiebant, aut destruebant.  
Quare non nulli turres suas more mili-  
tari muniebant, quas multi in ædibus  
suis habebant, & hodieque Tolosæ vi-  
suntur. Ceterum ex hac societate in-  
ter incolas urbis & castri funestæ rixæ  
natæ sunt, postquam & isti fœdera inie-  
runt, & pacta jurejurando firmarunt.  
Comilitones Urbani societas candida, &  
Castrenses nigra dicebantur, nec raro,  
fulgentibus utrinque signis militaribus,  
adversa agmina equestri prælio collide-  
bantur. Dominus enim inter eos, per  
Episcopum, servum suum, non malam  
pacem, sed bonum gladium miserat. *Matt. 10. 34.*  
Sunt verba Guilielmi de Puilaurent, il-  
lius ævi Scriptoris. Societas candida,  
a Legato Sacræ Sedis & Episcopo advo-  
cata, Crucigeris, Vaurum obsidentibus,  
*Hist. Eccles. Tom. XIX.* Q au.



Sæcul. XIII. auxilia attulit, frustra repugnante Co-  
 A.C. 1211. mite Tolosano, qui abitum ex urbe nole-  
 bat concedere. Vauro urbe capta, So-  
 cii Candidi ad sua dimittuntur, quos Co-  
 mes Raimundus, difficili licet negotio,  
 in suas partes pertraxit. Is igitur, in  
 utramque societatem concordia inuenta,  
 animos ad communiendam Tolosam ur-  
 bem & contra Simonis Montfortii exer-  
 citum defendendam permovit. Quare  
*Petr. c. 55.* simul omnes a Legato Pontificis excom-  
 municantur.

Comes Montfortius, multis arcibus  
 captis, Tolosam obsidere statuit, nam Co-  
 mitem Raimundum pro manifesto Reli-  
 gionis hoste habebat, & sub idem tem-  
 pus haud exiguum militum supplementum  
 acceperat, Comite Barronis Ducum  
*Chr. Godef. 1211.* ex Lotharingia adveniente, quem cum  
 valido agmine sequebantur Viri ex Ger-  
*Guil. c. 18.* mania Nobiles, bellum illaturi *Beguinis*;  
*Chr. Simon. com. p. 766.* hoc enim nomen Albigenis dabant.  
 Itaque his auctus copiis Comes Mont-  
 fortius exercitum ad Tolosam admovet,  
 mense Julio, anno millesimo ducentesi-  
 mo undecimo, castrumque oppugnat,  
 cum non satis militum ad totam urbem  
 includendam haberet, nam pauci erant,  
 cum ingenti multitudine obsessorum  
 comparati. Post paucos dies commea-  
 tus defecerunt, unde intelligens, se ni-  
 hil



hil agere, obsidionem solvere co-  
ctus est.

Sæcul. XIII.

A.C. 1211.

Exinde Episcopus Cadurcensis ad  
Montfortium venit, a viris præcipuis il-  
lius Regionis missus; rogabant vero, ut  
urbem suam, hucusque Domino suo Co-  
miti Tolosano subjectam, occuparet.  
Montfortius igitur Cadurcum intrans ho-  
norifice exceptus est; sed aliæ urbes,  
ab eo ad deditionem antea compulsæ,  
deficiebant, & Crucigeri, post præstitu-  
tum dierum numerum, domum conce-  
debant, nam editum militandi votum  
ad sex hebdomadarum spatium restrin-  
gebatur. Quæ duo mala toto hujus  
belli tempore Ducem expeditionis sæpe  
vexarunt. Sequenti hyeme Guilielmus, *Petr. c. 38.*  
Archidiaconus Parisiensis, & Jacobus Vi-  
triacus Parochus Argenteliæ, jubente  
Episcopo Uticensi, Summi Pontificis Le-  
gato, Fideles ad suscipiendam contra  
Hæreticos Crucem suis concionibus ex-  
citarunt, ac Franciam & Germaniam  
peragrantes, tantæ hominum multitudi-  
ni Crucem militiæ sacræ præbuerunt, ut  
pœne fidem superet.

§. II.

*Causæ aliæ in Occitania per-  
tractatæ.*

Eidem Episcopo Uticensi, Sacræ Sedis  
Q 2 Legato



Sæcul. XIII. Legato, intra hunc annum diversa man-  
 A.C. 1211. data, ad res Occitaniæ spectantia, Papa  
 perficienda commisit. Anno autem su-  
 lib. 13. ep. 88. periore Innocentius Papa jusserat Lega-  
 tos suos querelas discutere, adversus  
 Archiepiscopos Narbonensem & Augu-  
 stæ Ausciorum motas, atque, quod Ca-  
 nones præcipere viderentur, decernere.  
 Sedem Archiepiscopalem Narbonensem  
 tenebat Berengarius, olim Episcopus I-  
 lerdensis, annis abhinc aliquot avaritia,  
 & in officio sacerdotali teporis, coram  
 Pontifice accusatus. Hoc autem anno  
 millesimo ducentesimo undecimo, lite-  
 ris ad Archiepiscopum Ausciensem, no-  
 mine Bernardum, datis, Papa hortatus  
 est; sponte Episcopatum abdicaret, tum  
 quod implendo muneri Pastoralis idoneus  
 non esset, tum quod Ecclesiæ suæ, sive  
 sæcularia sive spiritualia spectarentur,  
 16. ep. 3. plurimum nocuisset. Quippe publice  
 accusabatur, quod Hæreticis faveret,  
 lusu tempus perderet, res Ecclesiæ pro-  
 digeret, Simoniacus quoque esset, ac per-  
 jurus, & usque adeo incontineus, ut in-  
 cestam quoque Venerem admittere non  
 perhorresceret. Simul Papa Episcopo  
 Uticensi & Abbati Cisterciensi, Legatis  
 suis, scripsit; suaderent huic Archiepi-  
 scopo, ut loco & Dignitate cederet. His-  
 dem per Epistolam aliam præcepit; ad-  
 hibitis censuris Ecclesiasticis Episcopum  
 Rute-



Rutenensem ad dimittendam Dignita- Sæcul. XIII.  
tem compellerent, quod ut liceret sibi, A. C. 1211.  
ipse petitam a Sacra Sede potestatem  
obtinuisset. Præterea, datis literis, Pa- ep. 34.  
pa Episcopo Uticensi præcepit; abdica-  
tionem Episcopi Carcassonenſis recipe-  
ret, eique virum maxime idoneum, præ-  
fertim iniquo hoc tempore, subrogari  
curaret.

Episcopus Carcassonenſis, de quo hic Petr. c. 42.  
mentio, erat Bernardus de Rupe forti,  
frater Guilielmi, quo nullus Optimatum  
in illa regione ferocius Albigenſes tue-  
batur, contra Bernardo Episcopo Cruci-  
geris favente. Cessit Episcopus, atque, c. 60.  
ipſo Eccleſiam ſuam dimittente, Guido  
Abbas Vallium Sernacenſium electus eſt,  
amicus in paucis, & arcanorum omnium  
conſcius Comitis Simonis Monfortii, qui  
a tempore primæ expeditionis, anno  
milleſimo ducentefimo duodecimo, ejus  
conſilia ſecutus fuerat. Conſecratus eſt c. 19.  
ergo Episcopus Carcassonenſis Narbonæ  
anno milleſimo ducentefimo ſecundo, Sup. Lib.  
cum Arnaldo Abbate Cisterciensī, Sa- LXXV.  
cræ Sedis Legato, qui Archiepiſcopus c. 46.  
Narbonenſis, Berengario eodem anno c. 62.  
milleſimo ducentefimo duodecimo vita Gall. Chro.  
functo, electus erat. Arnaldus, hujus to. 1.  
nominis ſecundus, Eccleſiæ Narbonenſi Marca Hiſp.  
annis tredecim præfuit. p. 516.



Sæcul. XIII.

A.C. 1211.

Lib. 12.

ep. 106. &amp;c.

Sup. Lib.

LXXVI.

§. 49.

Ronquelinus Monachus S. Victoris Massiliæ, abjecta veste Religiosa, Apostata, juncta sibi amica, muliere illius Regionis nobili, cum & ipse ex illustri & potenti familia ortus esset, urbem Massiliam in suam potestatem redegerat, multorum aliorum criminum reus. Unde excommunicatus fuerat, atque hac censura in Concilio Avenionensi, a Legato Sacræ Sedis Milone, anno millesimo ducentesimo nono, celebrato, confirmata Massilia quoque & tota Regio, quæ Ronquolino parebat, Interdicto subjecta. Tandem vero ad mentem rediens, dimissa concubina, & resumto habitu Monastico, Episcopum Uticensem, Sedis Apostolicæ Legatum humiliter rogavit, ut vinculum Excommunicationis & Interdicti solveret. Legatus, postquam Ronquellini sinceritatem satis explorasset, Massilienses ab Interdicti Censura liberavit, eum vero Romam proficisci, ac absolutionem a Papa petere jussit. Ille iter in Italiam ingressus, Pisis hæsit, quod tum ob pericula latronum, vias obsidentium, tum ob male affectam valetudinem ultra pergere non posset. Ergo viros Ecclesiasticos tres cum mandatis Romam misit, qui eum absolvi rogarunt, atque etiam eidem concedi licentiam, de patrimonio suo, ut videretur, disponendi. Cur vero id expediret argumenta



menta addebant; quod Roquelinum Do-  
minum suum Vasalli unice amarent, Sæcul. XIII.  
A.C. 1211.  
quod ipse Ecclesias fortiter defenderet,  
eique multo ære opus esset ad expungen-  
da debita, licentiose vivendo contracta.  
Hæ preces literis commendatitiis Abba-  
tis sui, complurium Præfulum, quin e-  
tiam Episcopi Uticensis fulciebantur.  
Quibus omnibus pensatis Papa Archie-  
piscopo Pisano in mandatis dedit; Ron-  
quelinum absolveret, cui etiam potesta-  
tem fecit; cum consortibus suis fundos  
Dominii & patrimonii partiretur, ea  
conditione, ut non nihil partis sibi com-  
petentis Monasterio S. Victoris confer-  
ret, & reliqua ad liberandum se ab ære  
alieno impenderet. Hæc Epistola die  
quarta Augusti anno millesimo ducente-  
simo undecimo data est.

§. III.

*Beata Maria Ogniacensis.*

Fulco Episcopus Tolosanus ex urbe sua  
ab Hæreticis pulsus, in Franciam se  
recepit, ac usque ad Diœcesim Leodien-  
sem pervenit, ubi Jacobo Vitriacensi in  
prædicatione piæ expeditionis operam  
junxit. Jacobus vero, Argenteliæ in  
Diœcesi Parisiensi natus, ibidem Theo-  
logiæ ardenti studio vacabat, cum fama *Vit. ap. Boll.*  
Mariæ Ogniacensis, mulieris singulari *Fun. to.*  
virtu. *22. p. 639.*

Q 4



Sæcul. XIII.  
A.C. 1211.

virtute claræ, ad ejus aures perveniens, impulit, ut relicta schola & patria ad eam in Brabantiam se conferret. Illa Nivigellæ, quæ urbs tunc Diœcesis Leodiensis, hodie Namurcensis est, anno circiter 1177. in lucem edita, ac anno Domini millesimo centesimo nonagesimo primo, cum ad annum ætatis suæ decimum quartum pervenisset, juveni in matrimonium tradita, jam tunc orationi assidue vacabat, tanto vitæ rigore se se exercens, ut eam admirari omnes deberent, imitari nemo posset. Haud diu post maritum, etsi juvenem, docuit, suo exemplo ad perfectionem Christianam tendere, & continentiam servare. Quin etiam aliquamdiu in quodam loco prope Nivigellam, vulgo *Villembroc*, morbo elephantiaco laborantibus inservierunt, quo vitæ genere viles se se omnibus propinquis effecerunt. Maria, perpetuum prope servans jejunium, aliquando decem dies a Festo Ascensionis Domini usque ad Pentecosten nullo omnino cibo refecta transegit, quin tamen ideo ad manuum laborem, a quo nunquam cessabat, inepta fieret, non ignara, hanc pœnam primis parentibus nostris fuisse injectam, quam etiam Apostolus 2. Theſſ. 3. commemorat: *Quoniam si quis non vult operari, non manducet.* Ergo, relictis omnibus bonis suis, laborabat, ut corpus suum

p. 643. n. 38.

2. Theſſ. 3. commemorat: *Quoniam si quis non vult operari, non manducet.* Ergo, relictis omnibus bonis suis, laborabat, ut corpus suum



suum poenitentia maceraret, ut sibi ipsi Sæcul. XIII.  
 alimenta & vestitum pararet, & eleemo- A.C. 1211.  
 synam aliis largiretur.

Tandem frequentia illorum, qui Ni-  
 vigella Villembrocium ad eam invisen-  
 dam veniebant, fatigata, inde Ogniacum  
 ad Sabrim amnem divertit, ubi erat Mo-  
 nasterium Canoniorum Regularium,  
 circa annum millesimum centesimum  
 nonagesimum secundum conditum, ad-  
 huc paucis notum. Ibi necdum multo  
 tempore commorata erat Maria, cum Ja-  
 cobus Vitriacensis ad eam venit, cui i-  
 psa persuasit, Canonicis Regularibus O-  
 gniacensibus se jungere, & Prædicationi  
 Verbi divini vacare. Ille suscepto mu-  
 nere, intra breve temporis spatium ita  
 excelluit, ut in explananda S. Scriptura  
 & vitiis expugnandis ceteros omnes su-  
 peravit. Verumtamen, ut omne initium  
 grave est, cum timeret, ne sibi publice  
 dicenti materia orationis deesset, nimis  
 amplam comparabat, nec eam, antequam  
 exordiretur, satis diggeret. Pude-  
 bat quidem virum imperitiæ, sed laudes  
 hominum solatium afferebant, quamvis  
 eas immerito tribui sciret. Intellexit  
 Maria, quid angeret, & Jacobi animum  
 ab utroque vitio, tum quod suo ipsius ju-  
 dicio non satis apte diceret, tum quod  
 aliorum assentatione delectaretur, libe-  
 ravit. Exinde virorum illorum Religio-  
 forum

Q. r.



Sæcul. XIII. forum & potissimum Mariæ precibus Jacobus dedit, ut, Parisios reversus, Ordine Presbyteratus insigniri se pateretur. Ubi Ogniacum rediit, Maria, ipsum in Terra sancta Episcopum futurum, prædixit.

p. 636. n. 2. Inter hæc Fulco Episcopus Tolosanus in Dioccesim Leodiensem advenit, attractus fama virorum mulierumque, Deo ibi servientium, ac virtutum exemplis, quæ in Crucigeris, ex illa regione advenis, & in Occitania militantibus, videbat. Mirabatur imprimis sanctarum feminarum pietatem & devotionem, quæ in Ecclesiam & Sacramenta ferebantur, quæ spernebantur in patria sua. Ex Ægypto fugisse, & in Terram promissam pervenisse, sibi videbatur. In variis locis cernebat congregatas virgines, quas pudicitia & humilitatis virtus commendabat, de labore manuum suarum manducantes, quamvis ex opulenta familia natæ essent. Cernebat matronas Deo sacras, quæ has puellas magno fervore instituebant ad pietatem, & in sancto proposito confirmabant. Cernebat viduas magis Deo, quam antea maritis, placere cupientes, jejuniis, vigiliis, orationi, labori, & operibus Caritatis intentas. Tandem cernebat feminas, matrimonio ligatas, quæ filios suos in timore Dei educabant, quæ sapius præstituto tempore

Ecclesia Leodiensis.



pore continentiam servabant, ut interea Sæcul. XIII.  
 liberius se totas orationi dederent, non A.C. 1211.  
 nullas etiam, quæ, consentientibus vi-  
 ris, omni tempore a consortio conjugali  
 abstinebant.

Hæ sanctæ mulieres patientissime fe-  
 rebant cavillationes & calumnias im-  
 proborum ac corruptorum hominum,  
 qui cum alio modo nocere non possent,  
 eas ridebant & contumeliose appella-  
 bant. At illæ illustre virtutis suæ do-  
 cumentum dederunt, cum urbs Leodien-  
 sis anno millesimo ducentesimo duode-  
 cimo, imperante Duce Brabantia, a mi-  
 litibus direpta est; quippe quæ ad Ec-  
 clesias confugere non potuerunt, vel in  
 amnem vel in latrinas se præcipites de-  
 derunt, ut pudicitia consulerent. Quam-  
 vis vero haud exiguo essent numero, nul-  
 la tamen, Deo famulas suas custodien-  
 te, interiit. Præter virtutes acquisitas,  
 cuncti in piissimis mulieribus etiam do-  
 na divinitus data mirabantur; nam ali-  
 quæ peccata aliorum secreto commissa  
 cognoscebant, & peccatores ad confi-  
 tendum excitabant. Aliæ præ amoris  
 in Deum ardore languebant, aliæ visio-  
 nibus cœlestibus recreabantur, aliæ ra-  
 piebantur in extasim. Jacobus Vitria-  
 census hujusmodi prodigiorum exempla  
 refert, atque Episcopum Tolosanum te-  
 stem adducit. Ab hoc enim Præsule  
 roga-



Sæcul.XIII.  
A. C. 1211.

rogatus Jacobus vitam Mariæ Ogniacensis, qua feminarum istarum nulla alia clarior, scripsit, atque etiam adjuncta beatæ ejus mortis, qua anno salutis humanæ millesimo ducentesimo decimo tertio, die Dominica, vigesima tertia Junii, in Vigilia S. Joannis, anno ætatis suæ circiter trigesimo sexto, defuncta est.

e. 666. Multa ei miracula in vita & post obitum edita tribuuntur, ipsiusque memoria,

p. 630. tanquam Beatæ in cœlo mulieris, in illa Regione pluribus jam sæculis colitur.

#### §. IV.

##### *Otto Imperator excommunicatus.*

Innocentius Papa Ottonem Imperatorem excommunicaverat, quod juramentum, cum consecraretur, editum violasset, & Ditiones Ecclesiæ, Regisque Siciliæ in Italia, Principis Sacræ Sedis Vasalli, ejusdemque præsidio securi, invasisset. Ergo literis ad Patriarchas Aquilejensem & Gradensem, ad Archiepiscopos Ravennatem & Genuensem, eorumque Suffraganeos, nec non ad Suffraganeos Sedis Mediolanensis, tunc, per obitum Huberti Pirovanensis, vacantis, datis, Papa omnibus præcepit, ut latam excommunicationis sententiam contra Ottonem, ejusque Fautores, secundo confirmarent, & Episcopo Albanensi injunxit

*Ital. Sacr.  
to.4. p.247.*



junxit; si quis istorum Præfulum man-  
 data sua exequi neglexisset, cum poenis  
 Canonicis coherceret. Hæc Epistola die  
 septima Junii anno millesimo ducentesi-  
 mo undecimo data est. Simul Pontifex  
 eidem Legato præcepit; Prætorem &  
 populum Bononiensem excommunicare-  
 ret, nisi Ottonie jusque fœderatis auxilia  
 præstare desinerent. Minabatur etiam  
 Pontifex, se ab eorum urbe Scholas &  
 Magistros, quibus præ ceteris aliis cele-  
 brabatur, ablaturum esse. Cum Otto  
 Imperator, multis urbibus in Apulia &  
 Calabria captis, Capuæ hyemaret, Papa  
 legatum ad eum misit Abbatem *de Mo-*  
*rimond*, qui a Festo S. Michaelis, anno  
 millesimo ducentesimo undecimo, usque  
 ad Quadragesimam sequentem, iter Ro-  
 ma Capuam quinquies suscepit, ut pa-  
 cem reduceret. Sed non valuit ani-  
 mum expugnare Ottonis Imperatoris,  
 Fridericum Regem expellere conantis,  
 quod speraret, se eum etiam Siciliae Re-  
 gno posse exuere, id enim effecturum se  
 promiserat Optimatum aliquis, qui in  
 montibus arces munitissimas, Saracenis  
 prædicatoriis, tenebat. Præterea vindi-  
 ctæ cupiditate flagrabat Otto in Philip-  
 pum, Francia Regem, qui non nullas  
 urbes Regi Angliæ, Avunculo suo, illa-  
 tis armis, eripuerat. Papa, amore pacis,  
 eo usque se demisit, ut damna Ecclesiæ  
 supe-

Sæcul. XIII.  
 A. C. 1211.

14. ep. 78.

ep. 79.



Sæcul. XIII. superioris temporis, aut etiam futura,  
A. C. 1211. quorum causa Imperator esset, dissimulaturum se polliceretur. At, Ottone has condiciones repellente, Innocentius, ad eum ab Imperio deponendum, animum adjecit. Sub idem tempus duo maximi momenti negotia, nempe supplementa in Terram sanctam mittere, & Concilium generale convocare, constituit.

In Germania Sigefridus Archiepiscopus Moguntinus, Pontificis Legatus, Colloquium Bambergæ cum Landgravio Hermentio, Rege Bohemiæ, & quibusdam aliis illius Provinciæ Optimatibus, celebravit. In eo Conventu Episcopum Bambergensem, post eadem Regis Philippi Suevi ejectum, restituerant; sed præcipuum negotium, cujus causa venerant, fuit, Principes Germaniæ eo adducere, ut, deserto Ottone, Fridericum Regem Siciliæ, ut Papa optabat, Imperatorem eligerent. Quod cum multis non probaretur, re infecta discessum. Eodem anno, Sigefridus Legatus, Ottone Imperatore excommunicato, ad omnes Episcopos literas misit, quibus nomine Pontificis eadem censura Principem ferire jubebantur. Eam vero contumeliam ulturi Henricus Comes Palatinus, Ottonis frater, Dux Brabantia, ceterique Lotharingiæ Proceres, incendiis



cendiis & rapinis omnes Diœcesis Mo-  
guntinæ agros depopulati sunt.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1211.

*Ægyd. de  
Aur. Valle.*  
c. 100.

Dux Brabantia, Episcopo Leodiensi  
aliunde infensus, eodem prætextu ad  
prædas ex urbe agendas usus est. Nam,  
conscio Imperatore, copias Leodium du-  
xit, civibusque denunciari iussit, potesta-  
tem diripiendi urbem se facturum mili-  
tibus, nisi juramento fidem Ottoni præ-  
starent. Leodienses rem ad Hugonem  
*de Pierre-pont*, Episcopum suum defe-  
runt, qui tunc Hoji versabatur. Ille  
Leodium rediit, sed cum satis virium  
ad urbem defendendam non esset, Bra-  
bantinos arcere non potuit, die tertia  
Maji, anno millesimo ducentesimo duo-  
decimo, in Festo Ascensionis, irruentes.  
Hi Ecclesiæ Cathedralis thesauro violen-  
tas manus injiciunt, Vasa sacra aufe-  
runt, Hostias & sacra Olea projiciunt,  
spoliant Sacerdotes, feminas, parvulos  
confugientes ad Ecclesiam, quæ deinde  
uno plus anno Interdicto subjacuit.  
Flammis delere urbem Duci animus e-  
rat; sed postea mitigato satis fuit, a Ca-  
nonicis & civibus sacramentum fidei,  
qua se Ottoni Imperatori obstringerent,  
exigere.

c. 103.

Exinde Episcopus, Synodo Hoji ce-  
lebrata, Ducem Brabantia cum omnibus  
conscis excommunicavit, cui Abbates  
quinque, Ducis subditi, ad expugnandam



Sæcul.XIII.  
A.C.1211.

6. 111.

6. 115.

dam ejus contumaciam aliis armis quam accensis & rite extinctis cereis opus esse, dixerunt. Horum ergo amplexus consilium Episcopus, collectis copiis, tandem die Dominica, decima tertia Octobris, anno Domini millesimo ducentesimo decimo tertio, Ducem Brabantiae proelio vicit, coegitque Leodium venire, ad pedes suos prostratum absolutionem rogare, & propriis manibus Reliquias, tempore Interdictæ Ecclesiæ in terra positas, elevare.

§. V.

*Joannes Rex Angliæ deponitur.*

Matth. Par.  
an. 1211.

In Anglia Joannes Rex, ex Wallia re-  
dux, in medio mensis Augusti, Northamptonii duos Papæ Legatos habuit, Pandolphum Subdiaconum, in quo Innocentius maximam posuerat fiduciam, & Durandum Templi Equitem, qui ad pacem inter Regem & Ecclesiam reducendam advenerant. Rex, ipsis hortantibus, haud ægre concessit, ut Archiepiscopus Cantuariensis Stephanus Langtonius, ceterique Episcopi & Monachi relegati, ad sua redirent, sed promittere noluit, se de bonis eorum Fisco adscriptis, & damnis illatis satisfacturum esse. Quare Legati Pontificii, postquam nihil egissent, in Franciam re-  
vecti sunt.

Quo



Sæcul. XIII.  
A.C. 1211.

Quo comperto Pontifex, Regis per-  
vicaciam multum miratus, omnes ejus  
Vasallos & subditos a juramento fide-  
litas absolutos denunciavit, districte &  
addita pœna excommunicationis prohi-  
bens, ne quis cum excommunicato sive  
ad mensam, sive suggerendo consilia, si-  
ve simpliciter colloquendo, communi-  
caret. Erant vero Regi Joanni com-  
plures mali consiliarii, qui obstinatum  
confirmabant, & inprimis Episcopi tres,  
Curiam sequentes, Philippus Dunelmen-  
sis, Petrus Wintoniensis, Joannes Nor-  
wicensis, & Guilielmus Regis frater, ex  
impari matre, Comes Saresberiensis, Go-  
defridus, supremus Regni Prætor, Ri-  
chardus *du Marais*, Cancellarius, mul-  
tique alii, qui Principi adulantes nihil  
aliud suadebant, quam quod placitum  
noverant.

Anno sequente millesimo ducentesi-  
mo duodecimo Maugerius Episcopus Vi-  
gorniensis Pontiniaci, quo se se recepe-  
rat, naturæ debitum solvit. Erat is ex  
illis Episcopis Angliæ quinque, qui ante  
annos quatuor, denunciata Regis Joan-  
nis excommunicatione, ut ejus furorem  
effugerent, in Franciam navigaverant.  
Duo alii ex eorumdem Episcoporum nu-  
mero, nempe Guilielmus Londinensis  
& Eustachius Elisenfis Romam, cum  
Stephano Archiepiscopo Cantuariensi,  
*Hist. Eccles. Tom. XIX,* R pro-



Sæcul. XIII.

A.C. 1212.

profecti, Pontifici exposuerunt, quantis criminibus se Rex Joannes illigasset, ex quo Anglia interdicto subjaceret, & quam crudelem in modum Ecclesiam in suo Regno persequeretur. Tumque suppliciter rogarunt, ut Papa commiseratione Ecclesiæ Anglicanæ tangi se sineret. Ergo Papa ex consilio Cardinalium aliorumque virorum prudentum sententiam protulit; Joannem Regem de Solio Regio esse deponendum, & Sacra Sede causam movente, digniorem ei successorem subrogandum. Ut vero, quod decretum erat, exequerentur, Papa, datis literis, Regi Franciæ injunxit; rem maximæ licet molis aggredieretur, Joannem Regem de throno pelleret, sicque ipse & ipsius successores Regno Angliæ jure perpetuo potirentur. Scripsit quoque Papa, Principibus, Viris Equestribus, aliisque Ducibus diversarum gentium; Crucis Militiæ nomen darent, Joannem Angliæ Regno exuerent, & sub Regis Franciæ vexillis Ecclesiæ universalis injurias ulciscerentur. Præterea ea denunciavit Pontifex; omnes, quicumque vel partem bonorum suorum, vel operam, ad Regem Rebelle perdedum, impenderent, illo Sacræ Sedis præsidio, quo ad S. Sepulchrum peregrinantes gauderent, tutos fore.

Tum



Tum Papa Pandolphum Subdiacono, cum Stephano Archiepiscopo ceterisque Angliæ Episcopis in Franciam misit, curaturos, ut hæc mandata ipsis præsentibus executioni darentur. Pandolphus vero, jam jam a Papa abiturus, secreto interrogavit: *Si Regem Angliæ penitentem atque ad satisfaciendum Deo, Ecclesiæ Romanæ, omnibusque partibus, quas læsit, paratum habuero, quid vis, faciam?* Tunc ergo Pontifex Pandolpho conditiones aliquas tractandæ pacis tradidit, quas si Rex reciperet, veniam a Sacra Sede impetraturus esset.

Ceterum Regem Joannem non modo viris Regni sui Ecclesiasticis, sed etiam Nobilibus, populo, subditisque omnibus crudelitas, avaritia, & pudenda vitæ licentia in visum effecerant. Uxores, filiasque Procerum, structis insidiis interceptas omnibus viribus reluctantes, vi-tiaverat. Non nullos alios Optimatum, opes omnes extorquendo, in extremam coniecerat paupertatem, aliorum propinquos & amicos ex Anglia expulerat, bonis ærario suo addictis. Hi omnes magnam profitebantur lætitiā, cum eis denunciaretur, quod Summus Pontifex juramentum fidelitatis, quo Regi adstringebantur, solvisset. Quin etiam complures Angliæ Principes, missis nunciis, cum Epistolis sigillo munitis, Regem

R 2

Fran-



Sæcul. XIII. Franciæ invitasse ferebantur; traji-  
A. C. 1212. ceret in Angliam, & coronam accipe-  
 ret (\*).

§. VI.

(\*) Bey dem allen was in diesem Abschnitte vorkömmt, können zwar die Katholicken, welche die Gewalt über die Kronen und Länder der Königen den Päbsten absprechen, sagen, es wären Mißbräuche gewesen; die Protestanten aber handeln wider die Billigkeit, wenn sie gleichsam den Päbsten allein alle Schuld beylegen. Es waren ja Bischöffe, schier ganze Völker, Cardinäle, bisweilen Könige und Fürsten in diesem Vorurtheile, ob schon diese Lehre niemals allgemein gewesen ist; So kann es auch niemand Wunder nehmen, wenn in diesen Jahrhunderten einige Päbste gemeynet, sie könnten in gewissen Fällen diese Gewalt ausüben. Nun saget Windheim in der Materie von der Excommunication oder Ausschliefungsrechte aus der Kirche, im dritten Hauptstücke Mosheims, man hätte bey ihnen dieses Recht abgeschaffet, und ist der Meynung, die Mißbräuche hätten die Sache selbst nicht aufheben können. Allein es folget hieraus, daß die Herren Protestanten in ihrer Reformation auch nur die Mißbräuche der römischen Kirche hätten nach und nach aufheben sollen, nicht aber die Kirche selbst verworfen, und ihre so wohl auf das Wort Gottes, als auf den Besiz aller Jahrhundert gegründete Rechte auf einmal zernichten.



## §. VI.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1212.*Concilium Parisiense.*

Ut propositum de sancta expeditione contra Infideles suscipienda exequeretur Innocentius Papa, literas ad omnes Europæ populos præsertim ad Francos dedit, ad quos misit Legatum Robertum de Corçon, Cardinalem, Titulo S. Stephani in monte Cælio. Erat is vir nobilis ex Ordine Equestri, Gente Anglus, qui postquam primas literas Oxonii didicisset, & deinde anno millesimo centesimo octogesimo venisset Parisios, Theologiæ Doctor creatus, atque Canonicus & Ecclesiæ Cathedralis Cancellarius receptus est. Innocentius Papa deinde Robertum, olim Parisiis, cum literis vacarent, amicum suum & socium, Romam vocatum, ac Cardinalis Dignitate auctum, in Franciam, ad prædicandum bellum sacrum, misit. Abituro autem Epistolas tradidit, illius Regni Episcopis & Clericis, Philippo Regi, Ludovico filio ejus natu majori, & Blanca Regina, Philippi uxori, reddendas.

R 3

Rober-

*Hist. univ. Paris. to. 3.**p. 798.**Innoc. XIV. ep. 126.**XIV. ep. 31. 33.*

Es ist auch hier zu merken, daß in diesem Abschnitte Herr Fleury nicht die Worte des Papstes Innocentius, sondern des Matthæus Paris erzählt.



Sæcul. XIII.  
A.C. 1212.

Tom. II.  
p. 57.

Part. I. c. 2.

c. 5.

c. 6.

c. 7.

c. 8.

Robertus Legatus, Concilio anno millesimo ducentesimo duodecimo Parisiis celebrato, Pontificis & sua auctoritate, consentientibus Episcopis, complures Constitutiones ad reformandam Disciplinam Ecclesiasticam promulgavit, in quatuor partes divisas, quæ ad Clericos Sæculares, Regulares, Moniales, & Prælatos spectant. Referam Capitula præ ceteris notatu digna. Damnatur abusus, qui in quasdam Ecclesias irrepsit, ubi Canonici, cum principio & fini Horarum interessent, in medio autem ad alia digressi abessent, nihilominus Portionem recipiebant. Clerici Prælati suo, & non alii, nisi ipso consentiente, confiteantur. Soli Clerici Causidicorum munere tunc fungebantur; unde Concilium prohibet, ne illi, qui Beneficia tenent, cum clientibus suis de mercede paciscantur, & illi, quibus nullum est Beneficium Ecclesiasticum, ne stipendium nimium exigant. Damnatur juramentum Clericorum, de non commodando alteri libros aut res alias, aut de non fidejubendo pro altero, & si quis ob talem causam excommunicatus fuerit, censura nulla declaratur. Non admittantur Prædicatores quæstuarii, sive Reliquias quasdam, sive nullas portent. Nullum pretium pro prædicatione in aliqua Provincia ad modum conducti & locati in-

terce-



tercedat. Parochi alias Parochias re-  
gendas pro certo censu non suscipiant,  
suas alteri non committant, aut in aliis  
Ecclesiis Capellani officium obeant.

Nullus Presbyter in quadam Paro-  
chia, sine mandato Parochi, aut ejus Su-  
perioris, Confitentes audiat. In hoc  
Canone Parochus, proprius Sacerdos,  
dicitur. Nemo compellatur ad Lega-  
tum Testamento suo inferendum, unde  
Missarum stipendia vel uno anno vel  
triennio vel septennio accipiantur. Nec  
Presbyteri tot se missis onerent, ut eas  
legendas aliis committere debeant, aut  
pro defunctis Missas *siccas* celebrare co-  
gantur. Ex his dispicimus, consuetu-  
dinem stipendia Missarum dandi illa æ-  
tate fuisse stabilitam (\*).

R 4

De

c. 12.

c. 11.

(\*) *Missas siccas pro defunctis*. Sunt ver-  
ba propria in Actis Conciliorum, quas Fleurius  
reddidit: *des Messes seches*. De his Missis sic-  
tis R. P. D. Cajetanus Maria Merati in novis Ob-  
servationibus ad Gavanti Commentaria Tomi I.  
Parte I. dicit: *Missæ sicca vocatur illa, quæ  
taret non solum Consecratione, sed etiam sum-  
ptione Corporis Christi Domini, unde non est  
nisi larva & simulatio quædam veræ Missæ...  
a privata quorundam devotione introducta,  
in gratiam Infirmorum, eorumque, qui domo  
exire & Missæ publicæ interesse nequibant...*

Ceterum



Sæcul. XIII.  
A. C. 1212.

Par. 2. c. 2.

c. 3.

c. 9.

c. 11.

Canones  
Concilii Pa-  
risiensis.

De Religiosis statuitur, ne aliquis re-  
cipiatur infra octavum decimum annum.  
Suspecta in monasteriis ostiola obstruan-  
tur. Religiosi non utantur chirotecis  
albis, pileolis ex gossipio, aliove vestitu  
pretioso. Ex monasterio ad frequen-  
tandum scholas non exeant. Quoties-  
cunque Prælati Religiosis suis subditis  
iter faciendi licentiam concedent, ipsi  
sumtus suppeditent, ne in opprobrium  
Ordinis sui mendicare cogantur. Nem-  
pe necdum Ordines Mendicantium pati  
fuerant.

*Ceterum de Ritibus & Antiquitate hujus Mis-  
sæ . . . differit etiam Bocquillot lib. 2. c. 7.  
dicendo cum Martene, quod Cartusenses ad-  
huc frequentant in Cellis sæpius Missas secas,  
quarum unam de Beata Maria videre est in  
eorum Breviario, edito anno millesimo quingen-  
tesimo octogesimo septimo. . . . Hanc Missam  
tamen siccam in Concilio Parisiensi anno mille-  
simo ducentesimo duodecimo cap. 12. prohibi-  
tam non nulli censent. . . . Mihi autem vide-  
tur prædictum Concilium non absolute prohibe-  
re hanc Missam, sed solum declarare, hujus  
Missæ recitatione non satisfieri oneribus cele-  
brandi Missas. . . . Eam tamen Missam lau-  
dat & commendat Genebrardus in lib. de Li-  
turgia Apostolica Gallice conscripto cap. 30.  
qui etiam testatur, se anno 1587. Taurini in  
Exequiis Viri cujusdam nobilis, qui vespere  
sepeliebatur, hujusmodi Missæ cum sacris Mi-  
nistris solemniter celebratæ interfuisse. &c.*



fueraut. Abbates monachis suis Præ-  
posituras, constituto censu, sibi reddendo, non concedant. Si enim tali monacho pars census superfuerit, tanquam rem propriam sibi servabit. Si pretium Abbati reddendum nimium sit, monachus nullam viam intentatam relinquet, qua Abbati suo satisfaciat. Nulli viro Religioso duo Prioratus aut alia similia munera conferantur.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1212.

Part 3. c. 20.

Part 2. c. 13.

c. 17.

c. 19.

P. 3. c. 1.

c. 3.

c. 4.

Quia Moniales necdum illa ætate in monasteriis accurate clausis degebant, Concilium prohibet, ne Clerici vel famuli, in quos sinistra suspicio cadere possit, apud eas tollerentur. Non liceat Monialibus clam & sine testibus parentibus suis colloqui. Si, Præposita licentiam dante, ex monasterio digrediantur, ad invisendos propinquos suos, sorores prudentes eas comitentur, & cito ad claustra redeant. Nunquam vel intra vel extra Claustra saltitent. Prohibetur abusus, quo singulis dabatur pecunia, unde alimenta & vestes pararent,

R 5

sed



Sæcul. XIII.  
A. C. 1212.

c. 7.

c. 9.

P. 4. c. 1.

c. 2.

c. 4.

sed tam modica, ut præterea etiam aliunde vitæ subsidium, ac non nunquam industria parum honesta, quærere compellerentur. Quare Episcopis injungitur, ut numerum Monialium pro facultatibus cujuscunque domus statuant, Abbatissa, & Monialium Capellani, præcipiebant, ne cuiquam alii quam ipsis confiterentur, timentes, ne earum peccata ad notitiam Presbyterorum piorum pervenirent, qui eas pro merito castigari curarent. Episcopis ergo injungitur, ut viros delectos & prudentes Monialibus Confessarios dent. Nosocomiis adhucdum viri Religiosi præfecti erant; quare jubet Concilium, ut illi, qui ad obsequium pauperibus exhibendum deligerentur, tria vota paupertatis, continentiae, & obedientiae ederent, & plures numero non essent, quam ægroti, quibus inservirent. Sæculares in has domos se non recipiant, pietatis specie, re vera autem, ut Judicum Sæcularium potestatem effugiant.

Prælati commendatur modestia, & gravitas vestitus, totiusque corporis habitus. Verbis terribilibus & pudendis non jurent. Matutinos non audiant, in lecto decumbentes, valente corpore. Dum peragitur Officium divinum negotiis sæcularibus non vacent. Non venientur, non ludant. Prælatorum familia



lia sit modestiæ studiosa, & non nimis ampla, illisque, qui eam sustentare non nunquam coguntur, ingenti oneri. Porro Præfecti Familiæ Episcopalis sequentes memorantur, Cubicularius, Pocillator, Pistoribus Præpositus, & Magister Palatii. Præfecti eorumque famuli subditos Diocesanos exactionibus erubescendis non vexent. Prælati in sua familia non alant moriones, quorum non aliud est negotium, quam Dominos suos ad risum movere.

Sæcul. XIII.

A. C. 1212.

c. 10.

c. 13.

Pro labore sigillum literis suis imprimendi nihil accipiant. Nec ad redimendos suntus visitationis localis, quando non visitant, quidquam exigant, nec pro licentia sepeliendi excommunicatos, nec pro dissimulatione, qua Presbyterorum concubinas tolerant, nec pro dispensatione, qua Beneficia possidentes suspensionem Ordinum sacrorum differant, nec pro illa dispensatione, qua Denunciationes nuptiarum omittantur. Cum Excommunicationis censuram tollunt, non eis satis sit multam pecuniariam ab absolutis exigere, sed etiam pœnam spiritualem injungant. Tandem Festum Fatuorum celebrari prohibetur; unde cognoscimus, illud necdum fuisse abolitum. Ex memoratis vero Constitutionibus dispicimus, quales abusus illud ævum infecerint.

c. 16.

Syn. Lib.

LXXV.

§. 10.

§. VII.



Sæcul. XIII.  
A.C. 1212.

§. VII.

*Fridericus Rex Romanorum.*

*Chron. Fossæ*  
*nov. 1211.*  
*1212.*  
*Abb. Ursp.*  
*p. 319.*  
*Chr. Godef.*  
*1211. 1212.*

Inter hæc Ottoni Imperatori redduntur literæ, quibus nunciabatur; Germanos, a se deficientes, Fridericum Siciliæ Regem, Imperatorem elegisse, eique misisse Legatos, qui coronam offerrent. Accepto tristi nuncio, Otto, relicta Italia, ante Quadragesimam anno millesimo ducentesimo duodecimo in Germaniam remeavit. Fridericus quoque, suscepto in Germaniam itinere, die decima septima Martii, hoc anno in Sabbato Palmarum, Beneventum pervenit. Inde Romanam petiit, ubi a Papa, qui eum eligendi Principibus auctor fuerat, magno gaudio, & liberali hospitio cum omnibus suis exceptus, deinde Genuam usque itinere maritimo deductus est. Ipsumque peragrata Longobardia, per vallem Tridentinam in Germaniam penetrantem Episcopus Curiensis, & S. Galli Abbas Constantiam comitati sunt. Obvium se se intulit Otto cum exercitu; sed viribus inferior in Saxoniam rediit. At Friderico, Moguntia ad Festum S. Andrea Comitibus celebratis, multi Principes fidem jurando præstiterunt.

Innocentius vero Papa, ut Ottonis desertoribus animum adderet, datis literis, Archiepiscopos Moguntinum & Magde-



Magdeburgensem, Sacrae Sedis Legatos, <sup>Saecul. XIII.</sup>  
per totam Germaniam districte iussit <sup>A.C. 1212.</sup>  
praecipere, ne quis ab Ottone, quem Ty-  
rannum appellat, officiis vel beneficiis  
illorum, qui ab ipso defecissent, inve-  
stiri se patiat, nisi eodem excommu-  
nicationis vinculo involvi velit. Haec  
Epistola die quarta Aprilis anno millesi-  
mo ducentesimo duodecimo data est.  
Altera die Papa, literis ad Episcopum *ibid. ep. 31.*  
Taurinensem & Praepositum S. Gauden-  
tii Novarræ datis, nullam declaravit  
sententiam, ab Ottone latam in Episco-  
pum Comensem, qui in causa peculiari  
ad Curiam Imperatoris vocatus non ve-  
nerat; *quia*, inquit Papa, *Excommuni-*  
*catus nulla jurisdictione gaudet.*

§. VIII.

*Vita S. Francisci.*

Sanctus Franciscus, approbatione Insti-  
tuti sui ab Innocentio Papa impetra-  
ta, viam, quæ ad vallem Spoletanam  
ducebat, ingressus, magnam fiduciam,  
tanta munitus auctoritate, concepit. In *Sup. Lib.*  
itinere cum sociis disputabat; qua po- *LXXVI.*  
tissimum ratione Regulam suam fidelis- *5. 55.*  
sime servarent, in via ad perfectionem  
semper progredierentur, aliisque virtu- *Bonav. c. 4.*  
tum exempla præberent. Diu tenuit *Vading.*  
colloquium, & ipsi, hora prandendi præ- *1210. n. 20.*  
terlapsa, fatigati in deserto substituerunt,  
peni-



Sæcul. XIII.

A. C. 1212.

penitus ignari, unde quidquam cibi adveniret. Et ecce, conspicuus fit ipsis vir, manu tenens panem, quem cum eis dedisset, protinus videri desit, ipsis unde venisset, vel quo abiisset, in seipsis. Quare in proposito confirmantur omnes, quod nunquam paupertati sacrae, quam servaturos se promiserant, renunciaturi essent, quæcunque demum calamitas vel necessitas superveniret. Ad vallem Spoletanam reversi, deliberare cœperunt, an cum hominibus conversari, vel solitudinem quærere præstaret. Cumque Franciscus ferventissime orasset, intellexit, a Deo se mitti, ut Cœlo aliorum animas lucraretur.

Ergo cum Sociis in quoddam desertum tugurium prope Assisium urbem se recepit, ubi continuo orationi vacabat, magis mentali quam vocali, necdum enim libros habebant, ex quibus Officium Canonicum recitarent; tanta eorum paupertas erat! Pro libro fuit Crux ligneæ, a Francisco in medio Casulæ erecta, ad quam collecti orabant. Ipse socios suos docebat, Deum in omnibus suis Creaturis laudare, Sacerdotes singulari veneratione prosequi, Fidei Ecclesiæ Romanæ constanter adhærere, eamque simpliciter confiteri (\*). Tunc autem duodecim

Vading.  
n. 26.

(\*) Ein heiliger Franciscus giebet gleich zu Anfang



decim Discipulos numerabat, cumque  
sciret, plures alios ejus societatem cu-  
pere, sed cellæ in quibus habitarent,  
deessent,

Sæcul. XIII.  
A.C. 1212.

Anfang der Stiftung seines Ordens seinen Lehr-  
jüngern den Grundsatz, daß sie der Lehre der rö-  
mischen Kirche standhaft sollen zugethan bleiben.  
Ohne Zweifel um sie vor den Irrthümern der  
damaligen Albigenser und Waldenser, welche der  
heutigen Herren Protestanten Voreltern gewesen,  
zu bewahren. Und dieses zwar billig, dieweil  
es eine pure Unmöglichkeit ist, der Lehre einer an-  
dern Kirche mit einer wahren Standhaftigkeit  
beizupflichten, da doch keiner andern Kirche Leh-  
re, weder der alten Waldenser, noch der neuen  
Protestanten, selbst iemal einerley, unverändert,  
und beständig gewesen. Wir wollen den unver-  
gleichlichen Bischoff zu Meaux den Herrn Bos-  
suet in seiner Vorrede zu der Histoire des Va-  
riations des Eglises Protestantes oder von den  
Veränderungen in den protestantischen Kirchen,  
anhören. Seine Worte ins Deutsche übersezt  
sind folgende. Wenn die Protestanten aus-  
führlich wüßten, auf was für eine Art ihre  
Religion entstanden, und sich nach und nach  
gestaltet habe, mit wie vielen Veränderun-  
gen und mit was für einer Leichtfertigkeit  
ihre Glaubensbekenntnisse seyen entworfen  
und zusammen getragen worden, wie sie sich  
erstlich von uns, und alsdenn unter sich  
selbst getrennet haben, wie oft sie spitzfindige  
Ausflüchte, frumme Weege und zweydeutige



Sæcul. XIII.  
A.C. 1212.

deessent, Ecclesiam, dictam *Portiuncu-*  
*lam*, a se olim reparam, in tota illa  
Regione pauperrimam, a viris Ordinis  
S. Be-

ge Worte zu Hülfe nehmen müssen, womit sie sich bemüheten ihre Spaltungen zu verbessern, und die zerstreuten Glieder ihrer uneinigen Reformation zu versammeln, so würde die so hoch gepriesene Reformation mit welcher sie sich breit machen, sie selbst ganz und gar nicht vergnügen, sondern damit ich frey heraus sage, was ich denke, so würde ihnen ihre eigene Religion nichts als Verachtung einflößen. Und nachdem Bossuet einige Sätze zum Grunde gelegt, saget er auf der VIII. Seite: Aus diesen getraue ich mir den Protestanten die Falschheit ihrer Religion zu erweisen; weil sie immer von einem Vorwande zum andern abgesprungen, und weil sie auf eine so veränderliche und unbeständige Weise ihre Lehre ausgeleget, nicht etwa wann einzelne Personen, sondern ganze Gemeinden, in den von ihnen sogenannten symbolischen Büchern, nämlich in solchen Büchern, in welchen sie die Einigkeit ihrer Gemeinden zu erweisen vermeyneten, ja in ihren Glaubensbekännntnissen, so sie anzunehmen beschlossen, unterschrieben, versiegelt, und ans Licht gegeben, als die Lehre, welche mit dem reinen Worte Gottes vollkommen übereins käme, die sie gleichwohl so oft verändert und in den wesentlichen Artikeln umgeschmolzen.

Wol



S. Benedicti sibi dari petiit; quam post Sæcul. XIII. quam obtinuit, Sedem ibi fixit. Hæc A. C. 1212. prima Familia, & Fratrum Minorum origo, fuit.

Exinde Franciscus per urbes & vicos, non præparatis & ornatis sermonibus, sed in unctione Spiritus Sancti poenitentiam prædicabat. Omnibus eum conspicientibus ex alio orbe homo advenisse videbatur, elevatis semper in Cœlum oculis, quo cunctos auditores invehere conabatur. Quare post breve temporis spatium accesserunt & novi Discipuli duodecim, viri virtutibus inelyti, eosque aliis compluribus sequentibus, anno millesimo ducentesimo undecimo, non nullas Familias fundavit, quas inter magis spectabiles, Cortonensis, Pisana, & Bononiensis extiterunt. Peragrata Tuscia, initio Quadragesimæ, anno millesimo

Was nun Herr Bossuet verspricht, das bewirkt er in seinem Buch unwiderleglich, aus welchem ich eines und anders in folgenden Anmerkungen zur Prüfung anführen werde; damit man sehe, wie Mitlendens würdig es klingenet, wenn ein Herr Windheim in seinen Anmerkungen über ein sogenanntes allgemeines Kirchenrecht der Protestanten seinen einfältigen Schülern weismachen will, daß die Katholiken in Streitschriften zum Stillschweigen wären gebracht worden.

Hist. Eccles. Tom. XIX.

S



Sæcul. XIII.  
A.C. 1212.

lesimo ducentesimo duodecimo Assisium rediit Franciscus, cujus tanta ubique erat reverentia, ut quamcunque urbem intraret, pulsarentur campanæ, Clerici-que & populus, eum excepturi, cum arborum ramis, in Canticis lætitiæ, exirent. Alii vestimenta ejus devote tangebant, alii osculabantur vestigia. Felicissimi habebantur, quibus ipsas viri manus pedesve ore premere obtigisset. Socio suo miranti, quod talem honorem sibi exhiberi pateretur, & causam querenti, Vir sanctus, *Scito, frater mi, inquit, quod cunctos hosce honores ad Deum remittam, nihil omnino mihi ipsi tribuens, non aliter ac imago Principis de exhibito sibi a subditis honore nihil capit. Alii autem bene merentur, cum Dei creaturam in me vilissimo munitione honorant.* Itaque ista Quadragesima Assisii prædicans multos convertit, quos inter S. Clara nemo illustrior.

§. IX.

*S. Claræ exordia.*

Sancta Clara in ipsa urbe Assisio lucem primo aspexerat, stirpe nobili, patre Equestris Ordinis viro, propinquis omnibus tam ex paterno quam materno genere militiam sectantibus, atque ex domo, pro regionis illius conditione, satis opulenta. Matrem sortita erat Hortulanam,



lanam, feminam piissimam, bonis operi- Sæcul. XIII.  
 bus intentam, quæ, ut vulgaris erat illa A C. 1212.  
 ætate devotio, in Terram sanctam fue-  
 rat peregrinata. Doloribus proximum Vit. ap. Sur.  
 partum indicantibus, instantissime ora- 13. Aug.  
 bat, ut feliciter prolem eniteretur, cum  
 vocem audivit, dicentem sibi: *Noli ti-* Vading. an.  
*mere, lumen effundes, quod mundum illu-* 1212. n. 10.  
*straturum est.* Quare natam filiam *Clara*  
*ram* appellavit. Ea ab unguiculis pro-  
 nissimo in pauperes animo, & orationi  
 dedita, cum aliud subsidium, quo memo-  
 ria retineret, quoties recitasset *Pater*  
*Noster*, deesset, lapillos singulos repone-  
 bat, unde precum suarum numerum co-  
 gnosceret. Cilicio sub pretiosis vesti-  
 bus cingebatur, & nuptias, alteri exo-  
 ptatas, rejecit, virginitatem suam Deo  
 consecratura.

Cum fama S. Francisci, perfectionem  
 Christianam, jam diu oblivione sepul-  
 tam, in orbem reducentis, ad Claræ au-  
 res pervenisset, desiderium eum viden-  
 di, & sermonem conferendi subiit, cum  
 vicissim Franciscus, ubi de Claræ exi-  
 miis virtutibus inaudiret, non minori ar-  
 dore eam novisse, atque ad Deum per-  
 ducere, cuperet. Non nunquam se se in-  
 visebant, caute tamen, ne rei novitas  
 multis confabulandi materiam præberet.  
 Permovit ergo Vir sanctus Virginem, ut  
 se totam divino servitio manciparet;



Sæcul. XIII.  
A. C. 1212.

c. 4.

S. Claræ  
fuga.

Vading.  
n. 21.

vit. c. 5.

& ipsa se ejus Disciplinæ simpliciter tradidit. Quod statuerat, in Dominica Palmarum, die decima octava Martii, anno millesimo ducentesimo duodecimo, executâ est, in hunc modum. Tempore matutino cum aliis nobilibus feminis, splendide vestitis, ad templum delata, ceteris ad Altare gradum præcipientibus, ut ramos olivarum acciperent, modestissime in loco suo perstitit, & descendens Episcopus palmam ei detulit, in signum victoriæ, quam de mundo reportatura erat. Nocte sequente omnia ad fugam comparavit, ut suaserat Vir sanctus, delegitque socias, ne sinistro suspicandi locum daret. Clam ergo ex domo & urbe dilapsa ad Ecclesiam S. Mariæ de Portiuncula contendit, ubi a Fratribus, cum Matutinos cantarent, luculentibus cereis excepta, & deposito mollicultu, eorundem officio abscissis capillis, tonsa est. Tum, cum ante Altare habitum poenitentis accepisset, eam Franciscus interim ad Ecclesiam S. Pauli deduxit, donec aliam sedem fixam inveniret. Junctum erat Ecclesiæ S. Pauli Monasterium Virginum, Regulam S. Benedicti profitentium; Clara vero annum ætatis decimum octavum agebat. Ubi Claræ consanguineis & propinquis compertum fuit, cognatam suam ad S. Paulum se recepisse, furore accensur.



turmatim advolant, nunc blanditias, nunc vim ad eam ab isto loco abstrahendam adhibent, illud præcipue inclamantes; abjectissimum vitæ genus, cujus in hanc usque diem in patria sua nullum occurreret exemplum, clarissimæ familiæ ingenti probro futurum. At illa arrepto Altaris velamento, rasum caput ostendens, negabat, se ullis viribus humanis a Jesu Christi servitio avelli posse. Ac tandem, cum per aliquot dies vehementissimos insultus repulisset, cognatos ad acquiescendum coegit. Post breve temporis spatium ab Ecclesia S. Pauli ad aliam S. Angeli *de Panfa*, ejusdem Ordinis S. Benedicti, divertit, & quia nec ibi tantam, quantam cupiebat, quietem invenit, auctore S. Francisco, apud Ecclesiam S. Damiani perseveravit.

c. 16.

Cum adhuc ad S. Angelum moraretur, Agnetem sororem suam, natu minorem, ad se pertraxit. Suavissimi antea contubernii desiderium absentiam intolerabilem ambabus efficiebat; quare, Clara Deum ferventissime orante, ut sorori quoque suæ amorem solitudinis suggereret, Deoque famulæ suæ preces cito exaudiente, Agnes post sexdecim dierum lapsum eam secuta est. Tunc vero altera a propinquis excitatur tempestas; nam proxima post fugam die viri

S 3

duo-



Sæcul. XIII. duodecim ad Monasterium S. Angeli  
A.C. 1212. contendunt, ac statim quidem lenitatem  
 & mansuetudinem simulabant, sed intra limina admissi, & conversi ad Agnetem (quippe Claram mutari posse desperaverant) *quid tibi & Monasterio, inquit, quid puellula hic loci factura es? actatum ad domum paternam nobiscum remea.* Illa respondente, quod a sorore dividi nollet, aliquis Equestris Ordinis in adolescentulam barbaram irruit, pugnis pedibusque pulsat, capillos divellit, dum alii eam vi ablaturi suis brachiis extollunt. Misella clamabat; *carrissima soror, juva!* cumque a viris de monte deorsum raptatur, vestes reluctantis lacerantibus & abruptos capillos in viam spargentibus, Clara ad cælum ardentes pro sorore preces mittebat. Et ecce prodigium! tam grave effectum est subito puellæ corpus, ut eam de terra levare, ne quidem accedente auxilio illorum, quos in agris & vineis operantes advocarunt, nequiverint. Tandem, ubi Clara ad locum perrexit, rogans propinquos; ab incepto abssisterent, frendentes recesserunt.

c. 5.

Agnes humo surrexit lætissima, totam se Deo devovit, & capillos, ipso S. Francisco manus admovente, sibi abscindi sustinuit. S. Clara exinde transit ad S. Damiani Ecclesiam, omnium primam,

v. Mart. Ro.

12. Aug.



mam, a S. Francisco restauratam, ubi per Sæcul XIII.  
annos quadraginta duos versata, com- A.C. 1212.  
plures conversionis suæ socias congregavit.

Hoc Instituti pauperum mulierum,  
Italice *delle povere Donne*, quod nos Ordinem S. Claræ dicimus, exordium fuit.

## §. X.

*Preces solennes Romæ.*

Moniales aliæ, ut superius memoravi,  
necdum penitus inclusæ erant; quod  
etiam ex illis Summi Pontificis mandatis  
dispicimus, quibus hoc anno solennes  
preces, ad implorandum adversus Mauros  
in Hispania Dei auxilium, præcepit.  
Anno millesimo ducentesimo decimo  
Alphonfus IX. Rex Castiliæ inducias, *Rodrig. 7.  
c. 34.*  
cum *Abu-abdalla Mabomet, Emiralmu-*  
*menin* quarto ex stirpe Almohadum, in  
Africa & Hispania dominantium, initas  
fregerat, tumque, bello invicem dicto,  
Mauri multas urbes in suam potestatem  
redegerant. Ergo Rex Alphonfus ab omnibus  
Principibus Christianis, Roderico Archiepiscopo Toletano aliisque Legatis  
in varias Provincias missis, opem  
rogavit. Papa quoque, edoctus periculum, Hispaniæ formidandum, datis  
ad Præsules illius Regni literis, monuit;  
ab omnibus Regibus Christianis contra  
Infideles militum subsidia peterent.

S 4

Cum-



Sæcul. XIII.  
A.C. 1212.

13. ep. 183.

14. ep. 3. 45.

14. ep. 154.  
155.

Roderic. 8.  
c. 1. 2. ep. ap.  
Innoc. XV.  
182.

vid. Cang.  
Gloss.  
serviens.

15. post epist.  
181.

Cumque Rex Castiliæ, Episcopum Segobiensem electum Romam misisset, ad acceleranda auxilia, Pontifex, datis ad Præsules Franciæ & Provinciæ, ac inprimis ad Archiepiscopum Senonensem literis, præcepit; omnes Diocesanos suos hortarentur, ut ad pugnam adversus Mauros, infra octavam Pentecostes anno millesimo ducentesimo undecimo obeundam, proficiscerentur, eandem promittens Indulgentiam, quæ Crucigeris concedebatur. Ita Rex Castiliæ valida agmina non ex Hispania modo sed etiam ex Provinciis ultra montes positis accepit. Non nulli Præsules ad hoc sacrum bellum profecti sunt, ex quibus Archiepiscopus Narbonensis, Arnaldus olim Abbas Cisterciensis, Archiepiscopus Burdegalensis, & Episcopus Nannetensis eminuerunt. Francorum duo millia virorum Equestrum cum suis armigeris, ac præterea decem millia equo, ac quinquaginta millia pedibus militantium adfuerunt. Tunc vulgo *Sergens* gregarii milites, Equestris Ordinis viri in proelio parentes, seu servientes, dicebantur.

Romæ vero Papa omni populo inter preces solemnes, Feria IV. Pentecostes, die decima septima Maji, anno millesimo ducentesimo duodecimo, procedendum esse indixit, ritumque præscripsit.



in hunc modum: Summo mane mulieres ad S. Mariam Majorem, Clerici ad Basilicam duodecim Apostolorum, & Laici ad S. Anastasiam colligantur, ac exinde omnes ad Forum Lateranense procedant, hoc ordine. Mulieribus Crux S. Mariæ Majoris præferatur, Moniales primæ eant, tum aliæ, omni vestium cultu, in quo vel aurum vel sericum splendet, abjecto, & nudis, quotquot poterunt, pedibus. Clericos præcedant Monachi & Canonici Regulares, Laicos vero Hospitalarii. Congregatis in foro omnibus, Papa cum Episcopis & Cardinalibus intrabit Ecclesiam, quæ Sanctum Sanctorum dicitur, & accepta vera Cruce, ad gradus in medio fori procedet, unde dicet ad populum. Tum mulieres ad Ecclesiam S. Crucis digrediantur, ubi Cardinalium alicujus Missæ intererunt. Papa Missam pro omnibus Clericis Laicisque in Basilica Lateranensi celebrabit, unde nudis pedibus ad S. Crucem transeat. Omnes jejunent, nec pisces, nec cibum coctum comedant, qui poterunt, in pane & aqua jejunent, & largissime eleemosynas dividant.

§. XI.

*Alphonſi IX. de Mauris Victoria.*

Haud diu post Pontifici redduntur litteræ, a Rege Alphonſo scriptæ, in quibus

Sæcul. XIII.  
A.C. 1212.

ap. Inn. XV.  
ep. 182.

S 5



Sæcul. XIII.

A.C. 1212.

quibus referebat victoriam suam de Saracenis in campo vulgo *Las-Navas* de Tolosa, prope *la Sierra Morena*, die Lunæ, decima sexta Julii anno salutis humanæ millesimo ducentesimo quinquagesimo, Hegiræ sexcentesimo nono, reportatam. Cæsa sunt octoginta quinque equitum millia, peditum interfectorum numerus tantus fuit, ut iniri non poterit, sed illud exploratum, plus quam centum millia Saracenorum totis campis jacuisse. Christiani haud plus quam circiter triginta post proelium desiderati, præda quoque ingens parta. Cum Christianis dimicarunt Reges Arragoniæ & Navarræ, Arnaldus Archiepiscopus Narbonensis, Rodericus Archiepiscopus Toletanus, jubens Crucem suam sibi præferri, Telles Episcopus Palentinus, Rodericus Seguntinus, Menendo Ordonensis, Dominicus Placentinus, & Petrus Abulensis. Clerici deinde, multo numero, in ipso campo, *Te Deum laudamus* decantantes, omnipotenti Deo pro concessa victoria gratias egerunt.

Rod. 13. c. 6.

Rich. de  
S. Ger.

15. ep. 183.

Cum Epistola Rex Castiliæ Pontifici misit ex spoliis inimicorum dona, Regia magnificentia digna, tabernaculum totum ex serico, ac Vexillum auro intexto fulgens, quod suspensum Ecclesiam S. Petri decoravit. Innocentius Papa, accepto beato nuncio, Clericis, populoque



que Romano convocatis, Deo gratias  
dixit, Regisque Castiliæ Epistolam reci-  
tari iussit, quam ore proprio ex Latino  
in Italicum sermonem vertens explica-  
vit, tum orationem ad universos tantæ  
lætitiæ accommodavit. Id enim sua Epi-  
stola, die vigesima sexta Octobris anno  
millesimo ducentesimo duodecimo data,  
testatum facit.

## §. XII.

*Res Albigensum.*

Belli contra Albigenes in Occitania  
necdum finis; sed diverso tempore  
multæ urbes obsidione premebantur.  
Guido Episcopus Carcassonensis, antea  
Abbas Vallium Sernacensium, suscepto  
post abitum Legati, Archiepiscopi Nar-  
bonensis, imperio militari, bellum labo-  
re incredibili urgebat, ita ut somni ci-  
bique capiendi oblivisceretur. Com-  
plures alii Præsules huic sacrae Expedi-  
tioni, quæ Jesu Christi causa dicebatur,  
intererant, atque præter alios Robertus  
Archiepiscopus Rotomagensis, Robertus  
Episcopus electus Laudunensis, Guiliel-  
mus Archiepiscopus Remensis, qui in ob-  
sidione Mosliaci oppidi militavit, Episco-  
pi Tulensis & Albigenensis, Guilielmus  
Archidiaconus Parisiensis, qui Episcopa-  
tum Bliterrensem recusaverat, ac com-  
plures Abbates.

Mense

*Hist. Albigen.  
c. 63.*



Sæcul. XIII.

A.C. 1212.

to. II. Conc.

p. 50.

Mense Novembri eodem anno millesimo ducentesimo duodecimo Simon Comes Montfortius, omnibus Episcopis ac viris nobilibus illius provincie ditionisque sue Apamias convocatis, Comitia celebrare, & leges edere constituit, quibus consuleretur Religioni, pax reduceretur, & corrupti mores emenderentur. Quippe jam diu Regio illa latrocinii infestabatur, potentioribus inferiores opprimentibus. Cupiebat ergo Comes Optimatibus limites ponere, quibus eorum potestas coerceretur; Nobiles suis censibus contenti viverent, plebs sub eorum præsidio suis quiete frueretur, & exactionibus continuis ad extremam egestatem non redigeretur. Ad condendas has constitutiones Mandatarii duodecim delecti sunt, Episcopi duo, Tolosanum & Consuranensem, Templarius unus, unusque Hospitalarius, viri Equestris Ordinis Franci quatuor, indigenæ quatuor, nempe Equestres duo, ac duocives. Quæ deinde Statuta seu Consuetudines conscriptas, & omnium Episcoporum præsentium annulo munitas, Comes cum omnibus Vassallis suis servaturum se, juravit.

## §. XIII.

Innoc. XIV.  
ep. 77.*Sedes Constantinopolitana vacans.*

Thoma Morosino Patriarcha Latino

Con:



Constantinopolitano, mense Junio, an-  
no millesimo ducentesimo undecimo, Sæcul. XIII.  
A.C. 1212.

Thessalonicæ fatis functo, præstituta ad  
eligendum successorem die, Veneti Ar-  
chiepiscopalem Dignitatem in Gente sua  
in perpetuum conservaturi, haud sane  
pauci & armati Ecclesiam sanctæ Sophiæ  
intran, Sedes Canonicorum prope Al-  
tare proterve occupant, magno clamo-  
re denunciantes, eos morte vel mem-  
brorum amissione pœnas datuos esse,  
qui Venetum eligi prohiberent. Tum  
Capitulares, utpote Veneti, Decanum  
suum eligunt; at aliarum Congregatio-  
num Constantinopoli Præpositi viros  
tres nominarunt, nempe Sicardum Epi-  
scopum Cremonensem, in Oriente tunc  
commorantem, Petrum Cardinalem  
S. Marcelli, & Magistrum Robertum *de*  
*Curson*, Canonicum Parisiensem, postea  
Cardinalem, atque a Papa petierunt;  
ipse ex tribus unum deligeret, Patriar-  
cham Constantinopolitanum futurum.

Postquam utriusque Partis Manda-  
tarii Romam pervenerunt, Papa, causa  
rite cognita, tam Electione Capituli  
quam aliorum Postulatione rejecta, jus-  
sit eos conjunctis suffragiis virum ido-  
neum defuncto Patriarchæ Canonice  
subrogare, quod nisi facerent, se ipsum  
Ecclesiæ Constantinopolitanæ Patriar-  
cham daturum esse. Hæc Epistola die  
quinta



Sæcul. XIII. quinta Augusti anno millesimo ducente-  
 A.C. 1212. simo undecimo scripta.

15. ep. 156. Cum Canonici S. Sophiæ, & alii, qui aliquam juris partem in eligendo Patriarcha sibi esse affirmabant, ut Pape mandatis obsequerentur, collecti fuissent, Præsulem electuri, iterum in partes itum, his Archiepiscopo Heracleensi aliis Parocho S. Pauli Venetiis, faventibus. Archiepiscopum Henricus Imperator tuebatur, amicum defuncti Patriarchæ, qui Henricum Testamenti sui capita exequi rogaverat. At Archiepiscopum multi accusabant; necessaria scientia esse destitutum. Eum, cum adhuc esset Monachus, filium genuisse ex pellice, ac eundem non alio consilio tunc Constantinopolim venisse, quam ut Patriarchatum ambiret. Parocho S. Pauli suffragabatur Petrus Zani, Dux Venetorum, sed objiciebant aliqui; Subdiaconum tantum esse, & nuper ob hanc ipsam causam, ut ad Dignitatem Patriarchalem eligibilis fieret, ordinatum. Ceterum etiam hunc Parochum non extra urbem Constantinopolitanam modo, sed totum Imperium, degere. Præterea de numero Eligentium vehementer disputabatur. Ergo secundo Romam nuncios mittuntur, cumque Pars utraque Pontifici causæ suæ argumenta exposuisset, illi nec ista nec illa satis firma existimans, nego-



negotium dirimendum commisit Maxi-  
mo, Notario suo, proxime Constantino-  
polim profecturo. Hæc ex Epistola Si-  
gnii die decima octava Augusti anno mil-  
lesimo ducentesimo duodecimo data co-  
gnoscimus. Quia vero nullus Sacra  
Sedis, ab obitu Cardinalis S. Susannæ,  
Legatus in Romania versabatur, Papa  
potestatem illam interim Maximo de-  
mandavit, dum alium Legatum mitte-  
ret. Jussit quoque eum in itinere, Con-  
stantinopolim suscepto, Venetias diver-  
tere, ibique in merita utriusque electi  
inquirere; ambo enim in illa urbe nati,  
& longo tempore versati fuerant. Sed  
negotium istud ante elapsam triennium  
componi non potuit, & profecto, quis  
tam acerba inter Latinos jurgia, ad Græ-  
cos a Schismate revocandos, viam præ-  
clusisse non videat?

§. XIV.

*Profectio infantum.*

Sub idem tempus plurimi infantes ex  
tota Francia Germaniaque ex urbi-  
bus & pagis confluerunt Crucigeri, ma-  
gno impetu in Terram sanctam migra-  
turi. Sed nec Ducem habebant, nec in-  
re tanta consilium suppetebat. Inter-  
rogantibus, quo ruerent, respondebant;  
se Dei jussu monitos Hierosolymam pe-  
regrinari. Multi, a parentibus inclusi,  
inven-

*Alber. Stad.  
1212. Chron.  
Godefr. eod.*



Sæcul. XIII.

A.C. 1212.

inventa evadendi via, iter suum profecti sunt. Eorum exemplo excitati juvenes & feminae, accepta Cruce, proficiscentibus se junxerunt. Verum etiam viri improbi, pueris perfide mixti, annuam pecuniamve, quam iis Christianorum pietas largiebatur, furati, clam deinde recesserunt. Latrunculorum istorum aliquis, Coloniae deprehensus, furcæ affixus est. Miselli autem parvuli, in silvas & deserta sparsi, haud pauci æstu, fame, siti perierunt. Alios, ubi superatis alpebus in Italiam penetrarant, Longobardi rebus omnibus spoliatis, a finibus suis abegerunt. Redibant ergo pudore confusi, & quærentibus, cur ex patria abiissent, respondebant, id se nescire. Quibus ad Papam delatis, altum ducens suspirium dixit: *Infantes ad auxilium Terræ sanctæ properantes segnitiam nostram nobis exprobrant.*

## §. XV.

*Concilium Generale convocatur.*

16. ep. 30.

10. 11. Conc.

p. 123.

Ut igitur Innocentius Palæstinæ pararet auxilia, id enim inter tria negotia, quæ perficienda sibi constituerat, præcipuum erat, Concilium universale convocavit, promulgata Bulla, die decima nona Aprilis, anno millesimo ducentesimo decimo tertio, in qua dicit: *Testis est nobis Deus, nihil adeo super terram*



terram nobis in votis esse, quam Terram sanctam vindicari, & universalem re-  
 formari Ecclesiam. Quare postquam

saecul. XIII.  
 A.C. 1213.

cum Fratribus nostris, aliisque viris sapientibus, mature deliberavimus, statui-  
 mus, pro more antiquo Patrum nostro-  
 rum Concilium Universale convocare,  
 in quo de omnibus, ut videbitur, de-  
 cernatur, quæ ad correctionem morum,  
 extirpationem Hæresum, Fidei confir-  
 mationem, ad invehendam concordiam  
 & pacem, ad permovendos Principum  
 populorumque animos, & præsidia Pa-  
 lestina præstanda spectant. Quia vero  
 huiusmodi Concilium ante biennium com-  
 mode congregari non posset, visum est,  
 interea in quamlibet provinciam viros  
 prudentes mittere, qui nos abusus do-  
 ceant, quos tolli oportet, & viros eli-  
 gere idoneos, qui auxilia in Terram san-  
 ctam accelerent. Itaque districte vobis  
 præcipimus: intra annos duos & me-  
 dium, nempe ab hoc anno millesimo du-  
 centesimo decimo tertio usque ad diem  
 primam Novembris, ad Curiam nostram  
 venite. Duo tamen tresve Episcopi Suf-  
 fraganei vestri in vestra provincia re-  
 maneant, qui officia Religionis peragant.  
 Ipsi vero, alii que, qui profectionem ad  
 nos suscipere non potuerint, nuncios con-  
 gruis mandatis instructos mittant. Vos  
 vero præscriptas in Concilio Latera-  
 niensi



Sæcul. XIII.  
A. C. 1213.

*nensi modestiæ leges servate, paucis contenti estote, ampla proficiscentibus non sit familia, non enim hic captandæ sunt hominum laudes, sed eorum salus querenda. Omnia Capitula tam Cathedralium quam aliarum Ecclesiarum Legatos ad Concilium mittant, quia de rebus agendum est, quæ ad ipsos spectatim pertinent. Interea & propria vestra industria & opera aliorum inquire in omnia, quæ remedio indigent, & præparatos Commentarios ad Synodum afferte.*

Hæc Bulla ad totum orbem Christianum missa est. Ad Archiepiscopos cujuscunque Provinciæ Ecclesiasticæ, quin etiam ad Catholicum Armeniæ, & Archiepiscopum Maronitarum, tum ad Henricum Imperatorem Constantinopolitanum, ad Regem Franciæ, Reges Hispaniæ, omnes Reges Christianam Religionem profitentes directæ, cunctos incitabat; Legatos cum mandatis ad Concilium mitterent. Tandem etiam ad Templarios & Hospitalarios, ad Abbatem & Ordinem Cisterciensem ac Præmonstratensem data.

§. XVI.

*Litteræ Pontificis ad Patriarcham Alexandrinum.*

16. ep. 34.

Scripsit quoque Innocentius Papa Patriarcham



triarchæ Alexandrino, qui ad eum non nullas dederat Epistolas, devotionem in Ecclesiam Romanam professus. Consolatur afflictum Papa in ærumnis suis, utpote sub jugo Infidelium degentem, atque invitat; ipse ad Concilium veniret, vel saltem Nuncium mitteret. Patriarcha Alexandrinus, ad quem dirigitur hæc Epistola, Melchita fuerit, nam Jacobitæ Latinos pro Hæreticis habebant. Melchita vero iste, anno millesimo ducentesimo undecimo, Innocentio Papæ scripserat, ad impetrandum ejus præsidium captivis Christianis Alexandria & Cauri fatiscientibus. Rogaverat, ut eos libertati restitui curaret, atque hunc in finem ad Equites Templi & Hospitii, ad Reges Principesque Orientis literas daret. Laudavit Papa sollicitudinem paternam, qua miseros captivos fovebat, monuit vero, non nullos eorum se tam gravibus inquinare flagitiis, ut non modo Dei Misericordia indigni viderentur, sed etiam Christianorum Religionem oculis Infidelium efficerent horrendam. Literis deinde ad S. Albertum Patriarcham Hierosolymitanum, Legatum suum, datis Papa exposuit, in quanto periculo a fide decidi captivi illi versarentur, cum ad eos pervertendos Saraceni jam diu tormenta adhiberent, etsi jure merito postularent Christiani,

sæcul. XIII.  
A.C. 1213.

14. ep. 146.

14. ep. 147.

14. ep. 147.

14. ep. 147.



Sæcul. XIII.  
A.C. 1213.

stiani, similia Dominis suis obsequia præstantes, eadem mansuetudine, qua Saraceni in captivitate Christianorum, haberi. Tum præcepit Papa Patriarchæ, omnibus viribus conaretur, Equites Templi & Hospitii, Reges Principesque permovere, ut tam pio operi incumbere, ac libertatem captis Christianis vel permutatione vel quacunque alia via impetrarent. Ambæ Epistolæ mensis Januarii anno millesimo ducentesimo duodecimo datæ sunt.

## §. XVII.

*Bulla de Bello sacro.*

Innocentius Papa Roma digressus, mensis Junii, anno millesimo ducentesimo decimo tertio, Viterbium petiit, ubi illam Bullam generalem de Bello sacro promulgavit, in hunc ferme modum:

16. sp. 28.

*Quandoquidem Christianos, in Terra sancta degentes, nunquam alias ac bodie graviores presserunt angustiae, nec unquam major spes victoriae nobis affulsit, clamores nostros repetimus. Eja Christiani! accingimini ad sanctum hoc bellum, non solum Jesu Christi, sed etiam Fratrum vestrorum in captivitate & viculis inter Infideles gementium amore Speramus, Mahometis potentiam brevem esse conterendam, cum sit illa Bestia Apocalypica, de qua legimus: & numerus*

Apoc. 13. 18.



jus sexcenti sexaginta sex. Namque, ex Sæcul. XIII.  
A.C. 1213.  
quo grassatur, jam anni pæne sexcenti  
transacti sunt. Saraceni nuper in mon-

te Thabor arcem extruxerunt munitissi-  
mam, unde Acriam urbem, non procul  
positam, ac brevi tempore ceteras omnes,  
quas in Terra sancta tenemus, expu-  
gnari posse existimant. Ergo, Fratres  
mei, discordiam & ambitionem fugite,  
unanimes consensu Jesu Christo servite.  
Quicumque pro hoc Nomine ipsi & suis  
sumtibus militabunt, plenam remissionem  
omnium peccatorum suorum, quæ con-  
juncta vera contritione confessi fuerint,  
obtinebunt. Qui militibus ex suis opi-  
bus stipendia numerabunt, aut, mercede  
conducti, ipsi militabunt, eandem lucra-  
buntur Indulgentiam, & qui aliquid ex  
facultatibus suis contulerint, pro auxilii  
modo congruam Indulgentiæ partem ac-  
cipiant. Personæ & Bona Crucigero-  
rum tamdiu præsidio S. Sedis gaudeant,  
donec eos vel rediisse vel mortuos esse  
constet. Ab onere solvendi usuras, etiam  
juramento, etiam Judæis promissas, li-  
berantur. Omnes Præsules & Viri Ec-  
clesiastici, cives, & ruricolæ excitentur,  
ut tantum, quantum valent, sacrorum  
armatorum numerum mittant, ipsorum  
stipendiis triennio militaturos. Prin-  
cipes & Optimates, qui proficisci non po-  
terunt, alios substituant. Urbes mari-



Sæcul. XIII. *timæ naves migraturis dabunt. Quia ob*  
A.C. 1213. *aliis exigimus, nos quoque pro viribus*  
*nostris facturi sumus.*

Clericis, huic Expeditioni necessariis, licentiam damus, qua census Beneficiorum suorum ad triennium aliis locent. Quia vero incommodum valde accideret, illos ad examen vocare, qui votum editum per se ipsos implere possunt, quibuscunque potestatem facimus, accepta Cruce, proficiscendi, solis Regularibus exceptis, ita tamen, ut Votum, si necessitas postulaverit, nostra auctoritate commutari, redimi, aut differri possit. Eadem de causa abrogamus Indulgentias, illis bucusque concessas, qui in Hispaniam contra Mauros, aut in Provinciam contra Hæreticos, movent, quod præcipue illis ad tempus, quod modo præteriiit, his autem in causa, quæ maximam partem cessavit, fuerint collatæ. Sed ipsos Provinciales & Hispanos ipsorum etiam hujus Indulgentiæ privilegium gaudere volumus. Prædones maritimos seu Piratas, quod expeditioni in Palæstinam plurimum noceant, euntes redeuntes capiant aut spolient, cum omnibus suis fautoribus excommunicamus, omnibus sub pœna ejusdem Censuræ prohibemus, ne eos quocunque demum commercio genere juvent, & urbium Magistratibus præcipimus, ut eos coerceant;



nisi Censuris Ecclesiasticis contra ipsos ac ipsorum ditiones adhiberi velint. Sæcul. XIII.  
A.C. 1213.

Sen- tentiam excommunicationis quoque con- firmamus, in Concilio Lateranensi con- tra illos denunciata, qui ad Saracenos arma, ferrum, ligna trivemibus constru- endis apta, deferunt, aut eis Navarchi o- peram præstant. Tandem Papa suppli- cationes solemnes singulis mensibus & preces singulis diebus pro felici sacrae expeditionis eventu fieri jubet, & in Ec- clesiis arculas statui, in quas oblationes, piissimo operi promovendo destinatae, immittantur.

Hæc Bulla in omnes provincias Ec- clesiasticas Germaniæ, Sueciæ, Daniæ, Bohemiæ, & Hungariæ, Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, Franciæ & Italiæ sparsa est. In quolibet Archiepiscopatu ad delectos 16. ep. 29. a Papa Mandatarios directæ est, qui eam per totam provinciam deferrent, ac bel- lum sacrum prædicarent, quibus a Pon- tifice vetitum, ne quidquam a Fide- libus præter necessaria vitæ subsidia ac- ciperent, & nullus plus quam equos sex, totidemque viæ comites, circumduce- ret. Jubet Papa; ut ea modestia & pie- tate injuncta sibi mandata exequantur, qua pulcherrimum omnibus præbeant exemplum, oblata a Fidelibus, sacro bel- lo impendenda, in aliqua Virorum Reli- giosorum domo deponant, & sibi sub fi-



Sæcul. XIII. nem anni omnium illorum, quæ perie-  
A.C. 1213. cissent, rationem reddant. In non nul-  
 lis Provinciis Papa hanc curam ipsis  
 Archiepiscopis, aut quibusdam Episcopis  
 commisit, atque in Francia Cardinali  
 Roberto Curzonensi, qui jam anno supe-  
 riore, cum potestate Legati, ibi commo-  
 rabatur. Ei licentia singularis data fue-  
 rat, qua se, ex Cathedra professionem  
 sacram prædicantem, auscultantibus  
 quamdam Indulgentiam impertiretur,  
 & de ludis Equestribus illud decerneret,  
 quod expeditioni in Palæstinam utilis-  
 simum videretur. Nempe satis explo-  
 ratum erat, ista Nobilium virorum ob-  
 lectamenta simpliciter tolli non posse.

## §. XVIII.

*Epistolæ Pontificis in Orientem  
datæ.*

16. ep. 36.

Papa de Bello sacro soli Alberto Patriar-  
 chæ Latino Hierosolymitano scri-  
 bens, eo majore letitia ista percipiet,  
 inquit, quo vehementiore desiderio, ut  
 contingerent, exoptabas. Ne vero quo-  
 rumdam Terræ sanctæ incolarum mo-  
 res deterrimi piorum votis obstant, &  
 Dei vindictam in omnes provocent, ob-  
 testamur te! nullam viam relinque in-  
 tentatam, qua mortiferas eorum plagas  
 sanes, & obstinatos ad veram peniten-  
 tiam



tiam adducas. Ceterum, quamquam Sa-  
 racenorum ferocitas Christianorum pre-  
 cibus flecti non soleat, nihilominus, viris  
 exquisitæ prudentiæ consilium suggeren-  
 tibus, e re nos facturos credidimus, si  
 Soldano Damasci & Babylonis, Hiero-  
 solymæ Urbis Domino scriberemus. For-  
 te comperto, quam graves immineant si-  
 bi occidentalium populorum exercitus,  
 perterritus ultro concedet, quod vi com-  
 pulsum majore probro daturum se cogno-  
 scet. Quare Legatos nostros ad eum  
 deduci cura. Interea Joannem Regem  
 Hierosolymæ, Templarios & Hospita-  
 larios ad defendendam Terram sanctam  
 excita. Tandem, rogamus te Frater,  
 ante præstitutam Concilio diem ad nos  
 veni, si sine gravi Provinciæ tuæ pericu-  
 lo potes. Epistola vero Papæ Innocen-  
 tii ad Soldanum Romæ, die vigesima  
 sexta Aprilis, anno millesimo ducente-  
 simo decimo tertio data est, & in ea Prin-  
 cepts ille *Sepbadin* appellatur. Papa hu-  
 milibus precibus ab eo petit, ut Hiero-  
 solymana urbem, & adjacentes ditiones  
 Christianis reddat, sicque parcatur san-  
 guini humano, captivi vicissim remit-  
 tantur, & Christiani Musulmannique se  
 se hostiliter laceffere desinant. Hic *Bibl. Orient.*  
 Soldanus frater erat Saladini, *Melic-Adel*  
*Aboubecre* dicti, vocabulum vero *Se-*  
*phadin* seu *Seifeldin* cognomentum est,  
 T s qui-



Sæcul. XIII. quibusdam aliis etiam Principibus com-  
A.C. 1213. mune, atque *Religionis gladium* signifi-  
 cat. *Melic-Adel* Ægypto & Syria do-  
 minabatur, Cairi residens. In Epistola  
 ad Albertum Patriarcham Papa solius  
 Regis Hierosolymæ Joannis Briennii  
 mentionem facit, nempe Maria Regina  
 Coniuge ejus defuncta, a qua Regnum  
 acceperat. Id enim ex literis, quas Pa-  
 pa de hac re ad Patriarcham & Regem  
 ante aliquot menses dederat, cognosci-  
 mus.

## §. XIX.

*Propagatio Fidei in Septen-  
trione.*

15. ep. 14. Inter hæc Religio Christiana in Livo-  
 nia & Regionibus adjacentibus pro-  
 pagabatur. Anno superiore millesimo  
 ducentesimo duodecimo, Innocentius  
 Papa, comperto, quod Archiepiscopus  
 Lundensis magno zelo ad convertendos  
 illarum provinciarum Paganos operam  
 dedisset, ei Legati sacræ Sedis potesta-  
 tem contulit, & Archiepiscopo Upsa-  
 liensi, ipsius Suffraganeis, ceterisque Da-  
 niæ ac Sueciæ Prælati, præcepit, ut ei  
 hac auctoritate munito parerent. Haud  
 diu post Archiepiscopus Pontifici per-  
 scripsit, quod in vincula conjici jussisset  
 quemdam Falsarium, qui, se Legatum  
 S. Se-



S. Sedis mentitus, sapius munere Epi-  
scopali fungi ausus fuisset. Rogabat er-  
go Archiepiscopus Papam, ut quid de eo  
decerni vellet, indicaret.

Respondit Papa: *Nullius omnino  
roboris esse denunciabis, quacunque ab  
hoc impostore acta sunt; ipsum vero car-  
ceri perpetuo mancipa, ubi solo pane &  
aqua vitam sustentet. In alios, quos cri-  
mine falsi suspectos dicis, diligentissime  
inquire, & quos convictos tenebis, se-  
cundum normam Constitutionis, quam  
de hac re edidimus, penas exige.* Hæc  
Epistola vigesima prima Martii anno  
millesimo ducentesimo decimo tertio  
data est.

Christianus & Philippus Monachi Ci-  
stercienses fidem in Borussia cum qui-  
busdam aliis Fratribus suis, accepta a  
Pontifice licentia, prædicabant, & non  
nullos ex Optimatum præcipuis illius  
provinciæ fonte Baptismi abluerant.  
Quare Papa eos paternæ sollicitudine  
Archiepiscopi Gnesnensis commendavit,  
præcepitque; Monachorum istorum &  
Neophytorum curam gereret, usque  
dum, crescente in illis partibus Fidelium  
numero, proprius Episcopus eis dari  
posset. Huic Epistolæ dies quarta Se-  
ptembris anno millesimo ducentesimo  
decimo apposta. Quamvis vero Chri-  
stiani & Philippi prædicatio uberes fru-  
ctus



Sæcul. XIII.  
A.C. 1213.

ctus pareret, eos tamen Monachi Cistercienses, quorum Monasteria in illa regione erant, tanquam Acephalos spernebant, & hospitium ceteraque vitæ subsidia denegabant; quare non nulli ex his Operariis a proposito dimoti recesserant. Ergo Cisterciensium inhumanitate ad Papam delata, datis literis, Archiepiscopum Gnesnensem, cujus perspecta sibi erat prudentia, Missionarios examinare iussit, eosque per Epistolas Abbatibus sui Ordinis ac Fidelibus Pomeraniæ & Poloniæ commendare, quos sinceræ caritatis motu fidem annunciare novissent.

Hæc mense Augusto anno millesimo ducentesimo duodecimo acta. Eodem tempore Papa Principibus Poloniæ & Pomeraniæ scripsit, conquerens, quod eorum aliqui, ut primum inaudirent, quosdam Paganos in Borussia fidem & Baptismum suscepisse, conversis onera servilia injungerent, ipsorumque conditionem deteriore, ac antea in Infidelitate fuisset, redderent; quæ res multos a consilio Religionem Christianam profitendi averteret. Hortatur Papam hos Principes, ut Neophytos in fide infirmos lenius habeant, & Archiepiscopum Gnesnensem hujusmodi vexationes,



nes, adhibitis Censuris Ecclesiasticis, re-primere jubet (\*). Sæcul. XIII.  
A. C. 1213.

In Livonia cum Neophytorum in dies augetur numerus, Magister Militiæ Christi Rigæ, Equitum suorum aliquo Romam misso, anno millesimo ducentesimo undecimo, Papam rogavit; Episcopatum in ditionibus nuper in potestatem suam redactis conderet, quod tunc quidem concedi debere Innocentio Papæ non est visum. Sed, elapso exinde biennio, datis literis, Archiepiscopo Lundensi præcepit; cum Decano & Præposito Ecclesiæ suæ inquireret, an locorum spatium, aliave adjuncta, Episcopum postularent, & an suppetere facultates, quibus sustentaretur. Tum si ita videretur expedire, novam Cathedram Episcopalem, auctoritate Sacræ Sedis, erigerent, videlicet convocatis

(\*) Aus diesem Abschnitte erhellet wiederum, wie aus unzähligen andern, daß die zur Mitternacht gelegene, so wohl deutsche als andere Länder, der christlichen Liebe und väterlichen Sorgfalt der römischen Kirche die Erkenntniß Jesu Christi zu danken haben, und daß es eine unleidentliche Unart und Undankbarkeit etniger Protestanten sey, wenn sie so zänktlos und ohne alle Rücksicht wider die römische Päbste auch sehr oft wider die offenbare Billigkeit und Wahrheit daher schreiben.



sæcul. XIII.  
A. C. 1213.

*ep. 122.*

*ep. 128.*

catis omnibus, quorum interesset, virum idoneum Episcopum eligi curarent. Hæc Epistola die undecima Octobris anno millesimo ducentesimo decimo tertio data. Simul his, Papa Equitibus Christi Conservatores Apostolicos Privilegiorum suorum adversus Episcopum Rigani, a quo sæpe vexabantur, dedit, ne longo itinere Romam confugere tenerentur. Post paucos exinde dies Papa literas commendatitias concessit Episcopo Estoniensi, nuper ordinato ab Episcopis Paderbornensi, Verdensi, Ræceburgensi & Rigano, ex quibus duo, nempe Paderbornensis & Verdensis, cum Episcopo Monasteriensi, eum in conversione Infidelium juncta opera adjuturi erant. Omnes Fideles Saxonie Papa hortatur, ut novo Episcopo suis facultatibus succurrant; necdum enim maturum videbatur, hujusmodi oblationes bonorum temporalium a Neophytis exigere. Archidiaconos quoque aliosque Præpositos Ecclesiasticos monet; ut prædicationis socios & pii operis adjutores ei non denegent. Quia vero Equites Christi, magis commodis propriis quam Fidei propagationi intenti, Episcopo Estonie subsidia subtrahebant, quin etiam in obeundo munere ponebant obstacula, invitum compulsuri, ut aliqua illius provincie parte cederet, id eis Pa-

pa



pa acriter exprobrans, eosdem jubet E. <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
 piscopo omne auxilii genus, quod pos. <sup>A.C. 1213.</sup>  
 sent, præstare, addita comminatione, se  
 Ordinem ipsorum privilegiis, quibus au-  
 daciores efficerentur, exuturum esse.  
 Tum, quia post hominum memoriam  
 Provincia Estoniensis nunquam Episcopo  
 Metropolitano cuicunque subjecta fue-  
 rat, Pontifex præcepit Episcopo; sine  
 speciali S. Sedis mandato nulli se sub-  
 mitteret, ac similia de hac re mandata ad  
 Episcopum Riganum misit; quod istud  
 negotium in Concilio Generali esset  
 pertractandum.

## §. XX.

*Rex Arragoniæ Pontificem fallit.*

Petrum Regem Arragoniæ, post victo- <sup>Sup. n. II.</sup>  
 riam de Mauris reportatam, redeun-  
 tem, Raimundus Comes Tolosanus, Af. <sup>Innoc. XV.</sup>  
 finis ejus, adiit, & postquam retulisset, <sup>ep. 212.</sup>  
 quanta passus esset a Crucigeris militi-  
 bus, conqueri cœpit, nolle Ecclesiam sa-  
 tisfactionem ejus recipere, etsi omnia,  
 quæcunque præciperet Papa, agere pa-  
 rati. Quare denunciavit, quod Regis  
 solius misericordiæ & pietati Comita-  
 tum Tolosanum, subditos suos, Raimun-  
 dum filium, & Eleonoram Conjugem,  
 ejusdem Regis sororem, committat. Ipse  
 carissimam sororem, & nepotem defen-  
 deret, si vellet, aut si ferreis esset visce-  
 ribus,



Sæcul. XIII.

A.C. 1213.

ribus, eos rebus omnibus spoliari & ad  
 turpem egestatem redigi immoto animo  
 intueretur. Comite Tolosano audito,  
 Rex Arragoniæ ad Papam Legatos misit  
 cum literis, in quibus dicebat: *Tunc  
 cum, jubente Sanctitate tua, Crucigeri  
 milites Vicecomitis Bliterrensis, Vassalli  
 mei, ditiones invaserunt, auxilia a me  
 flagitantem repuli, ne rebellis Ecclesia,  
 matri meæ, haberer, & non nullos Catho-  
 licos deserere malui, quam Hæreticos, ut  
 permixtos, protexisse videri. Unde se-  
 cutum est, quod Vicecomes Bliterrensis  
 principatu exutus, tandem interfectus  
 misere perierit. Exinde Legatus Sacrae  
 Sedis Arnaldus & Comes Montfortius,  
 Crucigeris in terras Comitis Tolosæ in-  
 missis, non solum urbes ab Hæreticis in-  
 cessis occuparunt, sed etiam illas, in quo-  
 rum cives ne quidem suspicio hæresis  
 cadebat. Namque ex eo satis insontes  
 probantur, quod Comes Montfortius ipsos  
 in urbe sua permanere sinat; id enim,  
 si Hæretici essent, neutiquam pateretur.  
 Jam vero, Legato & Montfortio omnia  
 populantibus, Raimundo Comiti nihil  
 præter urbes Montalbanum & Tolosam  
 relictum est. Idem ditiones Comitis  
 Foxiensis, Convennensis, & Benearnensis,  
 Vassallorum meorum, subegerunt, ac fidem  
 jurejurando sibi dari bodieque exigunt.  
 Hac vero quo tempore? nempe illo, quo*



ego in bello contra Mauros pugnans pro fide meum & militum meorum sanguinem profundebam. In fine Epistolæ Rex Arragoniæ Papam rogabat, ut Comitatum Tolosanum Raimundi Comitis filio, quindecim annorum adolescenti, conservaret, subjungens: Ego juvenem fidei doctrinam accurate doceri curabo, eum & Comitatum paternum in mea potestate, quamdiu tibi, sancte Pater, expedire videbitur, tenebo, vadesque & pignora fidei meæ, quæ postulaveris, tradam. Comes quoque Tolosanus penitentiam, quamcunque præscripseris, peracturus est, sive eum contra Saracenos ultra mare movere, sive in Hispania militare jusseris.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1213.

Epistola Regis Arragoniæ perlecta, Pontifex ad plures dedit literas, & imprimis ad Legatos suos Archiepiscopum Narbonensem, Episcopum Rejensem, & Magistrum Theodisium, quos Concilium Episcoporum, Optimatum, & Magistratum convocare jubet, & addit: Certiores nos deinde facietis eorum omnium, quæ de conditionibus, a Rege Arragoniæ oblati, statuta fuerint, ut percepta vestra sententia, quæ necessaria fuerint, discernere, & Regimini illius provinciæ consulere possimus. In alia Epistola, ad solum Archiepiscopum Narbonensem directâ, dicit Papa, quod Rex Saracenorum (nempe Almoadum) post acceptam

15. ep. 212.

15. ep. 213.

Hist. Eccles. Tom. XIX.

U cla-



Sæcul. XIII. A. C. 1213. cladem, vires reparare conetur, in Oriente autem Terra sancta Christianorum ope indigeat. Quare jubet eum cum Rege Arragoniæ & Optimatibus de modo pacem vel inducias in provincia Legionis suæ firmandi deliberare, & nulla amplius Crucigerorum supplementa, oblata Indulgentia, quæ contra Hæreticos militantibus conceditur, nisi nova acceperit mandata, cogere. Comitibus quoque Montfortio, datis literis, præcepit Innocentius; Regi Arragoniæ eadem obsequia, quæ Vicecomes Bliterrensis præstabat, exhiberet, ac eidem Principi ejusque Vasallis ditiones, quas sibi ereptas dicebat, restitueret.

15. ep. 213.  
214.

## §. XXI.

*Concilium Vaurense.*

*Petr. Hist. Albig. c. 66.* Inter hæc Rex Arragoniæ Tolosam ad Festum trium Regum delatus, Equites ritu solemniter creavit, cura vacuus, etiam ita cum Hæreticis communicaret. Tum Archiepiscopo Narbonensi, S. Sedis Legato & Comiti Montfortio significari iussit, cupere se cum eis Colloquium celebrare, & viam reducendi pacem tentare. Præstituitur dies, & assignatur communi consensu locus inter Tolosam & Vaurum. Ubi ergo convenerunt, rogavit Rex Archiepiscopum, ut Comitibus Tolosano, Foxiensi, & Convennensi,

to. II. Conc.  
p. 81.



ac etiam Vicecomiti Benearnensi ablatas <sup>sæcul. XIII.</sup> conditiones restitui curaret. Archiepiscopus vero petiit; Rex quæ postularet, conscripta ad Episcopos Vaurum mitteret. De induciis ad octiduum quoque conditum est, quas Albigenſes violarunt.

Postulata Regis Arragoniæ, Tolosæ die decima sexta Januarii data, easdem conditiones repetebant, quæ Summo Pontifici oblata fuerant. De Comitibus Convennensi & Foxiensi affirmabat Rex, Hæreticos non esse, & petebat, ut conditiones eorum restituerentur. Idem poscebat pro Gastone Benearnensi Vassallo suo, cujus Hæresim non inficiabatur, sed dicebat, quod Ecclesiæ promississime satisfactorus esset. Fatebatur, si hæc omnia concederentur, magis sibi gratiam quam Justitiam exhiberi, rogabatque Episcopos, ne hos Principes diutius facultate & opibus privatos vellent, quibus deinde Religionem periclitantem in Hispania juvare possent. Responsi Concilii Vaurensis, die decima octava ejusdem mensis dati, summa hæc fuit: *Tam causa Comitum Tolosanorum, quam filii, quæ pendet ex facto patris, a Jurisdictione nostra est exempta, cum ipse negotium suum Episcopo Rejensi & Magistro Theodisio a Papa committi rogaverit. Ceterum ex memoria vestra nec-*  

U 2 dum



Sæcul. XIII.  
A.C. 1213.

*dum exciderit, ut credimus, quanta beneficia Comes Tolosanus Papæ, & S. Sedis Legato, tunc Abbati Cistercii, nunc autem Archiepiscopo Narbonensi, in acceptis referre debeat, & quod sprete Apostolicæ Sedis gratia, suoque sapius iuramento violato, secundo Ecclesiam oppugnaverit, ac pacem, inita cum Hæreticis & Ruptoribus societate, turbaverit, proinde se omni venia indignum effecerit.*

Acta Concilii.

*Si causam Comitis Convennensis spectemus, quis Excommunicationis pænam meritum esse dubitet, postquam Comes Tolosanus affirmare fertur, se, Comite Convennensi præcipuo auctore, arma Ecclesiæ intulisse? Nihilominus si se Absolutione dignum reddat, illa accepta, ipsius querelas Ecclesiæ audiet, & quod æquum fuerit decernere non recusabit. Concilium eadem offert in causâ Comitis Fœxiæ, & Vicecomitis Benearniæ, postquam delicta, quibus excommunicationis Censuram & Ecclesiæ vindictam in se provocassent, retulit. Inter crimina Vicecomitis sequens factum memoratur. Anno superiore in Ecclesiâ Cathedrali Uliarensem \* grassatores immisit, qui cum funem, ex quo pyxis, corpus Domini Nostri continens, pendeat, rupissent, illa decidit, & Corpus Christi, quod nefas est dicere, in terram effusum. In fine,*



fine, Episcopi Regem Arragoniæ memo- Sæcul. XIII.  
 rem esse monent, honoris a Summo Pon- A.C. 1213.  
 tifice sibi ipsi (scilicet cum eum corona  
 Regia decoravit) & usque in illam diem  
 Regi Siciliae, ejus sororio, exhibiti. Nem- Sup. Lib.  
 pe Friderico, quem ad Romani Imperii LXXVI.  
 fastigium evehendi Innocentius Papa au- S. 10.  
 ctor fuerat.

Rex Arragoniæ, Pontifici persuasu-  
 rus, Comitem Tolosanum ceterosque  
 arbitrio suo ita esse obnoxios, ut ad ea  
 omnia, quæ Sacra Sedes præscriberet,  
 implenda compellere posset invitos,  
 complura Acta Tolosæ die vigesima se-  
 ptima Januarii anno millesimo ducente-  
 simo duodecimo, nempe anno millesi-  
 mo ducentesimo decimo tertio ante Pa-  
 scha, conscribi jussit. In primus Rai-  
 mundus Comes Tolosanus, & filius i-  
 psius, ejusdem nominis, profitentur, quod  
 se ipsos, Principatum & Vasallos suos,  
 potestati Regis Arragoniæ eo pacto tra-  
 dant, ut etiam nolentes ad exequendum  
 Papæ mandata cogere possit. In se-  
 cundo Scripto, Consules Tolosani, no-  
 mine totius civitatis, & a Comite suo  
 jussi, eadem Regi promittunt. Rursus-  
 que in tribus aliis Raimundus Rogerius  
 Comes Foxientis, Rogerius ejus filius,  
 & Gasto Vicecomes Benearnensis simi-  
 lia pollicentur. Cuncta hæc Acta Rai-  
 mundus Archiepiscopus Tarraconensis

U 3

die



Sæcul. XIII.  
A.C. 1213.

die trigesima prima Martii anno millesimo ducentesimo decimo tercio, cum Perpiniani cum quibusdam Episcopis & Abbatibus commoraretur, Papæ transmissit.

*Hist. Albig.*  
c. 66.

Petrus Rex  
Arragoniæ.

Tunc vero Rex Arragoniæ, accepto Episcoporum, Vauri sedentium, responso, quod suis consiliis adversari sentiebat, nunciis ad eos missis, rogavit, ut Comitem Montfortium cum Comite Tolosano ejusque Fautoribus ad inducias ineundas, usque ad Pentecosten vel saltem usque ad Pascha permoverent. Sed & hanc conditionem Præsules rejecerunt, satis intelligentes, eam a Rege illa spe offerri, quod, sparsa per Franciam pacis fama, Cruce signatorum ardor remissurus esset. Itaque Rex Arragoniæ, cum cerneret, se nihil agere, excommunicatos eorumque ditiones iterum suo præsidio tueri cœpit, atque, ut saltem æquitatis speciem præberet, ad Papam appellavit.

16. ep. 43.

Verum, Episcopis appellationem non recipientibus, Archiepiscopus Narbonensis, data ad Regem Epistola, auctoritate Legati Sedis Apostolicæ eum vetuit, Tolosam, Montalbanum, ceterasque urbes, Interdicto Ecclesiastico subjacentes, defendere, addita comminatione, se eum tanquam Hæreticorum Fauto-

Fauto-



Fautorem Excommunicationis vinculo <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
constricturum. <sup>A.C. 1213.</sup>

Rege hanc Epistolam spernente, cum exploratum jam esset Præsulibus, se modo inanibus ejus Epistolis, nunc pactis oblati aut appellatione frivola Vauri frustra detineri, Conventum solvere statuunt. At prius Episcopo Rejensi & Magistro Theodisio, in negotio Comitum Tolosani Pontificiis Mandatariis, consilium Episcoporum de Absolutione hujus Principis expetentibus, illi responderunt, Comitem Tolosanum a Mandatariis ad purgandum se admitti non debere, virum, qui fidem, jurejurando in manibus Legatorum S. Sedis sæpius datam, violare non exhorruisset. Qui, post reditum ex Roma urbe pejor effectus, Abbatem Montalbanensem annum prope integrum vi adhibita in vinculis detinuisset, Abbatem Mossiacensem cepisset, & Episcopum Agennensem de Sede sua & urbe expulisset. Tandem ea intercedere adjuncta, ut sine speciali Pontificis mandato absolvi non posset. Hoc consilium amplexi Mandatarii Comiti Tolosano per nuncios significant, sibi soli irasceretur, quod ejus negotium ad optatum finem perducere non potuisset. Tum Pontifex, datis literis, rationem omnium, quæ a primo acceptorum mandatorum tempore egissent, exponunt.

16. ep. 39.

16. ep. 46.

U 4

Tan-



Sæcul.XIII.

A.C.1213.

16. ep. 41.

Epistola Synodalis.

ep. 40.

ep. 42.

Tandem Concilii Vaurenſis Patres ad Papam dederunt prolixam Epiſtolam, in qua, poſtquam Comitſ Tolofani ſcēlora vehementi calamo perſtrinxerunt, dicunt; quod auxilio Ottonis Imperatoris & Regis Angliæ fruſtra quæſito, a Rege Maroci quoque, communi Chriſtiani nominis hoſte (nempe a Principe *Almobadum*) opem emendicare non erubuerit. *Tandemque*, inquit, *ad Regem Arragoniæ converſus, nihil intentatum reliquit, quo paternum Sanctitatis tuæ animam falleret. Sed ignorare te haud oportet, Sancte Pater, quod ſi Tyrannis hiſce, Comiti Tolofæ, conſciis, ſociis que ditioes, tam copioſo Chriſtianorum ſanguine emtas, reddantur, Eccleſia & viri Eccleſiaſtici jacturam, nullo ſatis pretio æſtimandam, facuri ſint.* Hanc Epiſtolam ad Papam detulerunt Epiſcopus Convennenſis, Abbas Clariacenſis, Guilielmus Archidiaconus Pariſienſis, Magiſter Theodiſius, & quidam Clericus, nomine Petrus Marci, qui diu in Curia Romana Epiſtolarum Papæ Corrector fuerat. Iſdem Epiſtolas ſuas, Pontifici reddendas, commiſerunt Michael Archiepiſcopus Arelatenſis, & decem Epiſcopi ex Provincia, die vigesima Februarii anno millesimo ducentesimo decimo tertio datas, nec non Guilielmus Archiepiſcopus Burdegalenſis,



sis, atque Episcopi Vasiatensis, & Petro-  
coriensis, Beremundus Archiepiscopus  
Aquensis, ac Bertaldus Episcopus Bli-  
terrensis quorum omnium Præsulum li-  
teræ eo consilio scriptæ erant, ut Papæ  
exponerent; rem Catholicæ Religionis  
hucusque in illis regionibus strenue ge-  
stam, neutiquam esse deferendam.

Effecerunt vero Episcopi, quod o-  
ptabant; quamvis enim Delegati Papam  
Regis Arragoniæ causæ faventem ha-  
buissent, postquam ei Actorum verita-  
tem plenius explicarunt, intellexit, se  
fuisse deceptum, datisque ad Regem li-  
teris, fœdera cum Tolosanis abjicere  
iussit. *Si illi, inquit, ad Ecclesiæ sinum* 16. ep. 48.  
*redire cupiunt, ut Legati tui affirmant,*  
*Fulconi Episcopo Tolosano potestatem,*  
*eos reconciliandi, & alios, qui in er-*  
*rore perseverabunt, bonis eorum ara-*  
*rio publico adscriptis, ex urbe expel-*  
*lendi, facimus.* Tum Papa concessum  
a se mandatum, Comitibus Foxiæ, Con-  
vennæ, ac Vicecomiti Benearnæ fa-  
vens, tanquam suppressa veritate obten-  
tum, retractat, atque ad impetrandam  
absolutionem eos ad Archiepiscopum  
Narbonensem remittit. Dicit, se in il-  
lam Regionem Legatum missurum esse,  
& interim inducias inter Regem & Co-  
mitem Montfortium præcipit. Tandem  
Tolosanis, & quatuor Principibus denun-  
ciat,

U s

ciat,



Sæcul. XIII. ciat, nisi abjectis erroribus respiscant,  
A. C. 1213. se denuo bellum sacrum in eos prædi-  
cari jussurum. Nihili fecit has minas

Petr. c. 6. 7. Rex Arragoniæ, sed Comiti Montfortio  
Fecialem misit, cumque illi vicissim bel-  
lum dixisset, arma tota æstate mota  
sunt.

## §. XXII.

*Ludovicus Franciæ contra Albigen-  
ses Cruce signatus.*

Mense Februario, eodem anno mille-  
mo ducentesimo decimo tertio, Lu-  
dovicus, Regis Franciæ filius, ejusque  
exemplo ducti, Equites permulti Crucis  
signum contra Hæreticos acceperant;  
Petr. c. 68. quod licet Philippo parenti non proba-  
retur, ipse tamen in Comitibus, sub ini-  
tium Quadragesimæ Lutetiæ celebratis,  
iter filii sui ordinavit, & suscipiendæ  
profectionis diem in Octava Paschæ præ-  
stituit. Sed, bello paulopost inter i-  
psam & Regem Angliæ ejusque fœde-  
ratos exorto, nec filium nec futuros il-  
lius expeditionis socios abire permisit.  
c. 70. Ceterum quia etiam Bellum sacrum in  
Palæstinam contra Saracenos inferen-  
dum in Francia prædicabat S. Sedis Le-  
gatus Robertus Cursonius, & expeditio-  
ni in Albigenes maximopere noce-  
bat, Comes Montfortius omnibus prope  
c. 69. militi-



militibus destituebatur, cum duo fratres Sæcul. XIII.  
A.C. 1213.  
 Manasses Episcopus Aurelianensis & Gui-  
 lielmus Episcopus Antisiodorensis oppor-  
 tune supplementa adduxerunt. Nam  
 quia non ignorabant, plerosque Cruci-  
 geros moras trahere, sicque audaciam  
 crevisse Hæreticis, edito sacræ militiæ  
 voto, copiisque, quot poterant, contra-  
 ctis, iter ingressi Carcassonam pervene-  
 runt. Hos igitur cum Comes Montfor-  
 tius cum paucis suis commilitonibus in-  
 genti lætitia excepisset, Amalricum fi-  
 lium suum, natu majorem, in Festo  
 S. Joannis a duobus Episcopis Equitem,  
 singulari pompa adhibita, creari voluit.

§. XXIII.

*Philippus Augustus contra Joannem  
Regem arma parat.*

Inter hæc Philippus, Rex Franciæ, bel-  
 lum moliebatur in Joannem Angliæ  
 Regem, jubente Papa, & jure ex lata in  
 eum Principem excommunicationis  
 Censura consequente. Quippe mense  
 Januario hoc anno millesimo ducentesi-  
 mo decimo tertio Stephanus Langtonius  
 Archiepiscopus Cantuariensis, Guiliel-  
 mus Episcopus Londinensis, & Eusta-  
 chius Episcopus Elisiensis, ex Curia Ro-  
 mana reversi, postquam de re tanta in  
 Francia deliberassent, sententiam excom-  
 muni-

*Matth. Par.  
an. 1213.*



Sæcul.XIII.

A.C.1213.

municationis, qua Rex Angliæ damnatus fuerat, solemnî ritu promulgaverant, eamque Philippi Regi, Franciæ Episcopis, Clericis, populoque indicaverant. Tum Regi ceterisque omnibus, nomine Pontificis, pro remissione peccatorum suorum injungunt; armati Angliam invaderent, Joannem Regem ex solio pel-lerent, & alium Regio fastigio dignum eveherent. Illico Philippus Rex, qui optatam occasionem jam diu antecap-  
bat, bellum adornat, omnesque Vasa-  
los suos cum armis & equis Rotomag-  
intra Octavam Paschæ præsto esse jubet,  
proditorum pœna eis denunciata, qui  
imperata non fecissent. Naves quoque,  
quotquot habebat, more militari instruit  
& annonam comportari curat.

## §. XXIV.

*Philippus Ingeburgem ad suam revocat  
societatem.*

*Rigor. p.53.  
G. Nang.  
1213.*

Expedita jam stabat in anchoris classis, cum Philippus Rex Ingeburgem Re-  
ginam, Principem Daniæ, ante annos  
sexdecim rejectam, in suam revocavit  
societatem. Rex dudum nullum non  
moverat lapidem, ut obtineret a Papa  
matrimonium suum cum ista Principe  
nullius valoris & roboris declarari. Sed  
nihil egerat apud Pontificem, persuasum  
sibi



sibi habentem, initio has nuptias com- Sæcul. XIII.  
 mercio maritali fuisse consummatas. Id A.C. 1213.  
 enim profitetur Innocentius in ultima  
 Epistola, quam hac in causa ad Regem  
 dedit, additque verba sequentia, omni-  
 no memoratu digna: *Si quid decernere* 15. ep. 106.  
*in re tanta tentaremus, priusquam in*  
*Concilio Universali fuerit deliberatum,*  
*ut nihil dicam de offensa Dei, certe*  
*fama nostræ neutiquam consuleremus,*  
*& forte occasionem poneremus, Digni-*  
*tatem, qua in orbe Christiano eminemus,*  
*amittendi.* Hæc Epistola die nona Ju- 15. ep. 107.  
 nii anno millesimo ducentesimo duode-  
 cimo data est.

Simul etiam Papa, datis ad Guar-  
 num Cancellarium Regis, & arcanorum  
 omnium conscium, literis, hortatur;  
 permoveret Regem, ut tandem in hoc  
 negotio ad mentem rediret & rationi  
 victas manus daret. Utque promptiorem  
 haberet Cancellarium Papa, spem inge-  
 rit, eum posse splendidissimas in Ecclesia  
 Dignitates consequi. Cessit monenti-  
 bus Philippus Rex & Reginam Ingebur-  
 gem ex Castro Stampensi, in quo inclu-  
 sam tenebat, ad se accersivit. Quod  
 nuncium in vulgus sparsum ingenti o-  
 mnium plausu & lætitia exceptum.

Eodem anno Godefridus Episcopus Rigord. p. 55  
 Silvanectensis, cum muneri Episcopali  
 incumbere senili ætate & corporis gra-  
 vitate



Sæcul. XIII.  
A.C. 1213.

vitæ prohiberetur, Sedi suæ renunciavit, quam annos triginta tenuerat, accepta prius Pontificis licentia, ut Canones statuunt. Sunt hæc verba Rigordus monachi illa ætate Historiæ Scriptoris. Itaque Godefridus Episcopus ad Abbatiam Challiacensem, in sua Diocesi positam, se se recepit, eique Successor subrogatus est Frater Guarinus, Eques in Xenodochio Hierosolymitano professus, Cancellarius seu magis Sigilli Custos Regis Franciæ, qui tanta eum, ob exploratam viri prudentiam ceterasque virtutes, dignabatur fiducia, ut in toto Regno nemini prope nisi soli Regi securus haberetur. Integerrima fide regerebat, & quamvis esset Laicus, sollicitè cavebat, ne Ecclesiarum jura læderentur. Sub idem tempus, Episcopus Meldensis, & ipse Godefridus nomine munere Episcopali abdicato, ad S. Victoris Parisiis secessit, vir singularis abstinentiæ, quippe tempore Adventus & Quadragesimæ ter solum in hebdomada cibo reficiebatur, & nullo potu; reliquo autem anno non nisi raro escam & valde inspidam capiebat. In ejus Sede successit Guilielmus, Ecclesiæ Parisiensis Cantor, duos habens fratres, Episcopali Dignitate fulgentes, Stephanum Noviomini, & Petrum Parisiis, antea Turonensis Ecclesiæ Thesauro præfectum. Hi tres Episcopi

Gall. Chro.  
to. I. p. 441.



Episcopi Gualterio Nemorosio, supremo Sæcul. XIII.  
Franciæ Cubiculario, parente geniti A. C. 1213.  
erant.

## §. XXV.

*Joannes Rex fit Papæ Vassallus.*

Joannes Rex Angliæ publica fama mo-  
nitus, quam gravis sibi Rex Franciæ  
immineret, terra marique vires collegit,  
quibus irruentem exciperet. Sexagin-  
ta millium virorum habebat exercitum,  
disciplinæ militari adsuæ, & classem  
comparaverat, quæ navium numero  
Gallicam superabat. Ecce vero, dum  
bello instanti unice intentus est, Dubrim  
appellunt Templarii duo, qui ejus con-  
spectum subeuntes, *venimus*, inquit,  
*magne Rex, missi a Pandolpho, Subdia-*  
*cono, ex Pontificis Romani Familia, qui*  
*sermonem tecum conferere cupit, Et*  
*viam ostendere, qua Ecclesiæ reconciliari*  
*potes.* Rex, missis iisdem Templariis,  
admitti Pandolphum protinus jussit, qui  
Dubrim advectus, Joannem Regem af-  
fatus est in hunc modum: *En! Rex*  
*Franciæ cum classè ad Sequanæ ostia, id*  
*est, in Angliæ vestibulo, consistit, te*  
*ejecto, Regnum tuum auctoritate Papæ*  
*occupaturus.* Cum eo adveniunt omnes  
Episcopi, ceterique tam Clerici quam Lai-  
ci, quos ex Anglia expulisti, sperant-  
que, se, Regis illius præsidio, in Ecclesias  
suas



Sæcul. XIII.  
A.C. 1213.

*suas & bona, te invito, restitui posse. Ceterum jactat hostis tuus, se ab omnibus propemodum Angliæ Proceribus Epistolas accepisse, quibus ei fidem & obsequium pollicentur. Salutis tuæ curam saltem in his angustiis suscipe. Deum juste tibi irascentem placa, Ecclesia rigidas hucusque cervices submitte; sicque Papa, quod tibi abstulit, Regnum restituet (\*).*

Ad hæc verba Rex Joannes vehementi dolore obrui, ac trepidare, cum nihil propius adesse quam perniciem suam cerneret. Toto jam quinquennio, fulmine Vaticano ictus, a Communione Fidelium exclusus erat, tot scelerum sibi conscius, ut de salute æterna tantum non desperaret. Aderat Rex Franciæ in Regnum irrupturus, ut eum ejiceret, & si prælio commisso fortunam experiri

(\*) Ex hoc exemplo sicut ex aliis plurimis exploratum fit, Summos Pontifices, quando qualicumque potestate in temporalia Regum uti sunt, neutiquam ex principio certo, stabilito, & definito operatos fuisse. Nam hic profecto Innocentius III. in causa Joannis Regis Angliæ non Judicis sed Patris personam exhibet, nunc hortatur, nunc increpat, minatur, blanditur, ferit, parcit, pronunciat sententiam, retractat, denique nihil non agit, ut errantem ad viam salutis reducat.



rii statueret, timendum erat, ne ab O-Sæcul. XIII.  
ptimatibus Angliæ desereretur, aut vi. A. C. 1213.  
vus hostium manibus traderetur. Tan-  
dem, quod maxime angebat, Festum A-  
scensionis Domini imminebat, & formi-  
dabat Rex, ne vaticinium Petri Eremitæ de se impleretur. Erat is homo ex  
provincia Eboracensi, qui dono Prophe-  
tiæ præditus ferebatur, & anno superio-  
re millesimo ducentesimo duodecimo,  
publice auditoribus suis prædixerat,  
Joannem in Festo Ascensionis anno se-  
quente non amplius Regem futurum,  
sed Regnum transferendum esse in alium.  
Tum deductus ad Regem, id ipsum præ-  
senti affirmavit, temere subjiciens; *si  
mendacii convictus fuero, quod voles,  
de me decernes.* Rex coniectum in car-  
cerem custodiri iussit; at vaticinium, in  
provincias sparsum, a cœlo missum fuis-  
se omnes crediderunt.

Ergo Rex Joannes in desperationem  
actus, Pandolphi consiliis acquievit.  
Tum die decima tertia Maji anno mil-  
lesimo ducentesimo decimo tertio, nem-  
pe Feria II. ante Ascensionem Domini,  
cum eo ad colloquendum Dubri congre-  
ditur, quo complures Optimates & ma-  
gna populi frequentia confluerant. In-  
ter utrumque conventum, recipiendam  
esse pacem, cujus formulam Papa mise-  
rat, in hunc ferme modum, dicebat Rex;

*Hist. Eccles. Tom. XIX.* X *Pro-*



**Sæcul. XIII.** *Promittimus, nos Papæ mandatis coram*  
**A.C. 1213.** *ejus Legato vel Nuncio in omnibus, qua*  
*lata in nos excommunicationis causa*  
*fuere, obsecuturos esse. Plenam pacem*  
*Stephano Archiepiscopo Cantuariensi, &*  
*quinque Episcopis Guilielmo Londinensi,*  
*Eustachio Elisienſi, Ægydio Herfordien-*  
*ſi, Jocelino Batbonienſi, & Huberto*  
*Lincolniensi, aliisque tam Clericis quam*  
*Laicis, quorum interest, concedemus;*  
*quod niſi ſervaverimus, jure Custodia,*  
*Eccleſiis vacantibus, & jure nostro Pa-*  
*tronatus privari volumus. Omnia abla-*  
*ta eis reſtituemus, omnia damna reſar-*  
*ciemus, quem in finem, ut primum ali-*  
*quis cum poteſtate nos abſolvendi ad-*  
*venerit, octies mille libras Sterlingorum*  
*in reſtitutionis partem trademus. Si*  
*quæ difficultas de alio quocunque capite*  
*nascatur, id Pontificis arbitrio committ-*  
*temus. Hæc promiſſa non nullorum Pro-*  
*cerum juramento confirmata.*

16. ep. 77.

Biduo exinde conſumto, nempe die  
 decima quinta Maji in Vigilia Aſcenſio-  
 nis, Rex Joannes editis Literis autenti-  
 cis profeſſus eſt; quod pro remiſſione  
 peccatorum ſuorum, liberrime, & Ba-  
 ronibus Regni ſui ad conſilium adhibi-  
 tis, Eccleſiæ Romanæ, Innocentio Papæ,  
 ejusque Succeſſoribus, donet Regna  
 Angliæ & Hiberniæ, cum omni jure &  
 facultate, quæ in poſterum non alio ti-  
 tulo,



tulo, quam ut Papæ Vasallus teneret, Sæcul. XIII.  
eique strictissimum præstaret Homagium. A. C. 1213.  
Quod in signum obsequii debi-  
ti, præter S. Petri Denarium, in singulos  
annos Papæ mille marcas Sterlingorum,  
nempe septingentas nomine Angliæ, &  
trecentas nomine Hiberniæ, pendere  
vellet. Quod etiam Successores sui hanc  
Donationem, nisi Jus ad Regnum per-  
ditum mallent, confirmaturi essent. In 16. ep. 78.  
fine Donationis, Archiepiscopi Dubli-  
niensis, Episcopi Norwicensis & septem  
aliorum Optimatum, tanquam testium,  
nomina apponuntur. Rex vero hanc Math. p. 199.  
Chartam Pandolpho, Romam deferen-  
dam, tradidit, atque illico, coram ipso  
& ceteris omnibus præsentibus, Papæ  
homagium, adjecto fidelitatis juramento,  
dixit. Pandolphus pecuniam, quam in  
argumentum submissionis dederat Rex,  
in pavementum projectam calcavit, fru-  
stra repugnante Archiepiscopo Dubli-  
niensi, cui hæc cæremonia non proba-  
batur. Ceterum, cum Festum Ascen-  
sionis Domini præterisset, nec aliud ma-  
lum accidisset Regi Joanni, credidit, Pe-  
tri Eremitæ mendacium satis esse explo-  
ratum. Ergo miserum, e carcere pro-  
tractum, & equorum caudis illigatum,  
raptari, tum unacum filio suo affigi pa-  
tibulo jubet. Indignantibus multis,  
quod existimarent, veritatem vaticinii



Sæcul. XIII. ab eventu satis fuisse comprobata, cum  
 A. C. 1213. Joannes Regnum suum Romano Pontifici subiecisset.

## §. XXVI.

*Joannes Rex absolvitur.*

His actis Pandolphus in Franciam navigat, cum literis & octies mille libris Sterlingorum, nempe aliqua parte illius pecuniæ, quæ restituebatur Præstabilibus; iisque suadet ut in Angliam trajicerent, reliquam partem accepturi. Ipse ad Regem Franciæ delatus, vehementer hortatur, ut a proposito Angliæ arma inferendi desisteret, quod Regnum istud invadere non posset, quin Papam offenderet, postquam Rex Joannes Deo & Ecclesiæ satisfacere, & quæ Papa præcipiebat, exequi cœpisset. Cui Philippus Rex, acriter commotus, jubente Papa, inquit, *hoc bellum suscepi. Quis sumtus, quos in classem, in stipendiis militum, in comœatu feci, jamque sexaginta librarum millia excedunt, mihi reddet?* Sexaginta millia librarum illa ætate triginta millia marcarum argenti exæquabant, quæ hodie decies centum millia librarum conficerent, si pretium unius marcæ in triginta quinque libris statuatur. Sine dubio autem in Angliam armatus petiisset Philippus Rex, nisi Comitibus Flandriæ, Vasalli sui, perfidia obstatis.

*Le Blanc.  
 mon. p. 173.*



stitisset. Erat is Ferrandus seu Ferdi-  
 nandus Portugallia, Joannam Balduini  
 Imperatoris Constantinopolitani filiam  
 primo genitam conjugem habens, qui  
 belli societatem cum Rege Angliæ inie-  
 rat. Ergo Philippus arma in Ferran-  
 dum vertit, quibus hoc anno parum ef-  
 fectum.

Tunc vero Rex Joannes, redeunte  
 animo, Regi Philippo bellum inferre,  
 arma cum Flandriæ Comite jungere, &  
 ipse in provinciam Pictaviensem se con-  
 ferre statuit. At Principes Angliæ ad  
 castra proficiscentem sequi detrectarunt,  
 priusquam ab Excommunicatione fuisset  
 absolutus. Quare ad Archiepiscopum  
 Cantuariensem, ceterosque Episcopos,  
 exillius socios, viginti quatuor Optima-  
 tum literas misit, in quibus significabant,  
 eos tutissimo in Angliam revehi posse.  
 Tum Pandolpho profectionem urgen-  
 te, Archiepiscopus, Episcopi quatuor  
 Londinensis, Elisiensis, Lincolnensis &  
 Herfordiensis, ceterique exules navigiis  
 se committunt, & Dubrim appulsi Joan-  
 nem Regem, in Festo S. Margaretæ, die  
 vigesima Julii, Wintoniæ commoran-  
 tem adeunt. Obvium se se Præsulibus  
 intulit Rex, ac ad eorum pedes prostra-  
 tus, calidis profusis lacrymis precabatur;  
 sui & Regni Angliæ misererentur. Epi-  
 scopi jacentem erigunt, & ipsi lacrymas

X 3

non



Sæcul. XIII.  
A.C. 1213.

non tenentes, tumque, in medium co-  
tum admissum, ad portam Ecclesiæ Ca-  
thedralis deducunt, ibidem Psalmum  
*Misere mei Deus* recitant, ac deinde  
in Capitulo a Censura absolvunt. Ju-  
ravit vero Rex, quod vellet Ecclesiam  
defendere & Clericos, vigorem optimis  
legibus, ab Antecessoribus suis editis,  
reddere, & omnia, quæ promiserat, an-  
te Festum Paschæ, restituere. Inde  
Archiepiscopus, Rege, ipso invitante,  
Ecclesiam ingressus, Missam celebravit,  
qua finita Episcopi ac Optimates ad Re-  
gium convivium admissi sunt. Absolu-  
tionem hanc Regi conferendi licentiam  
acceperant Archiepiscopus & Pandol-  
phus, ut ea, si necessitas postularet, o-  
terentur. Quod ex Epistola Pontificis  
haud diu ante ad Archiepiscopum data  
cognoscimus.

16 ap. 89.

Cum hæc ita essent, Joanne Rege i-  
terum bellum & navigationem in Ter-  
ritorium Pictaviense cogitante, tunc quo-  
que Principes obsequia militaria præsta-  
re recusarunt. Cumque tanquam rebel-  
les vi & armis ad officium compellere  
pararet, objecit Archiepiscopus, id jura-  
mento, quod Rex paulo ante, cum ab-  
solveretur, edidisset, adversari, quia Le-  
ges præciperent, in Curia Regis prius  
de causa Procerum istorum judicandum  
esse, antequam arma adhiberentur. Ex-  
canduit



canduit Rex, exclamans, se negotia Re- Sæcul. XIII.  
A.C. 1213.  
gni sui in longum differre non posse, in

gratiam Archiepiscopi, ad quem causa  
seculares non spectarent. Verum Ar-  
chiepiscopus denunciavit, Excommuni-  
cationis vinculo adstricturum se omnes  
illos, qui exercitui se jungerent, milita-  
turi, priusquam Interdictum Ecclesiasti-  
cum tolleretur. Hac comminatione  
terrui Regem, coegitque, Proceribus  
diem dicere, qua in Curia sua ad obje-  
cta responderent. Vigesima quinta die  
Augusti, eodem anno millesimo ducen-  
tesimo decimo tertio Archiepiscopus,  
Episcopi, Priores, Decani, & Regni Ba-  
rones ad S. Paulum Londini Conventum  
celebrarunt, in quo Archiepiscopus, non  
obstante Interdicto, Congregationibus  
Regularium, & Presbyteris Curatis, præ-  
sentibus eorum Parochianis, licentiam  
recitandi Officium divinum submissa vo-  
ce in Ecclesiis suis dedit.

Ibidem etiam Archiepiscopus qui-  
busdam Optimatibus, secreto ad se vo-  
catis, Henrici primi Regis Diploma præ-  
legit, quod cum complures abusus pro-  
hiberet, gratissimum iis obtigit, ac præ-  
sente Archiepiscopo conjurarunt, se pro  
libertate sibi in his legibus asserta, si o-  
pus esset, ultima esse passuros, fidem-  
que suam adjecit Archiepiscopus, quod



Sæcul. XIII. omnibus viribus eorum consilia sua op-  
 A C. 1213. ra fulcire vellet.

## §. XXVII.

*Legatio a Rege Joanne ad Regem  
 Marochii adornata.*

*Math. Par.  
 an. 1213.  
 p. 204.*

Sub idem tempus, quo Rex Joannes Papam egregiis promissis demulcebat, clandestinos Legatos mandatis instruebat, quæ promptissime ad Miramolimum, id est Regem Marochii *Abuabdalla*, Mahomet quartum, ex Almohadum genere deferrent. Ad arcanam autem Legationem adhibuerat Rex Angliæ Equestris Ordinis viros duos, Thomam *Herdinton*, Rudolphum Nicolai filium, & quemdam Clericum Robertum *de Londino* dictum. Hi in conspectum Miramolini admissi, quod iussi erant exponunt, redduntque Joannis Regis Epistolam, in qua significabat; quod, si Rex Maurus exercitum subsidarium mitteret, ipse Defensori suo regnum Angliæ jure clientelari esset subiecturus, tributum & vectigalia imperata daturus, quin etiam Religione Christiana, quam falsam esse crederet, abjecta, Mahometis Doctrinam amplexurus. Ubi interpretes hujus Epistolæ sensum Miramolino explicavit, ille librum, quem in pulpito ante oculos habebat, clausit, & aliquan-

cum



tum moratus, legebam, inquit, *librum* Sæcul. XIII.  
*sapientis Christiani, qui Paulus vocatur,* A. C. 1213.  
*cujusque tam facta quam verba mihi sum-*  
*mopere probantur. Illud vero in isto*  
*homine mihi displicet, quod Religionem,*  
*in qua natus erat, reliquerit. Eadem*  
*mihi sententia est de Rege vestro, qui Le-*  
*gem Christianam sanctissimam & puris-*  
*simam abjecturus est. Deus, qui omnia*  
*novit, & quem nihil sub sole latet, non*  
*ignorat, me, si nulla Religio unquam a-*  
*nimum meum occupasset, Christianam præ*  
*omnibus aliis electurum esse.*

Tum interroganti, an valeret Rex  
 Angliæ, & quæ illius regni facies esset,  
 respondit Thomas: *Rex noster ex nobi-*  
*lissima stirpe atque atavis Regibus editus*  
*est. Fertilis & opulenta Regio, cui li-*  
*cet vineæ & oliveta desint, commercio*  
*tamen maritimo huic inopiæ satis consu-*  
*litur. Indigenis natura spectabilem for-*  
*nam dedit & singularem industriam,*  
*quam præterea omnes artes excolunt.*  
*Duas præter Anglicanam, quæ patria est,*  
*linguas callent, Francicam & Latinam.*  
*Anglia Insularum Regina appellatur, Re-*  
*gio omni ætate libera, sub imperio Regis,*  
*neminem superiorem se, nisi solum Deum,*  
*agnoscentis. Religio in nulla orbis ter-*  
*rarum parte magis quam inter nos flo-*  
*ret. Tunc vero Miramolinus, ducto*  
*ex imo pectore suspirio, nunquam me le-*  
*gisse*



Sæcul. XIII.

A. C. 1213.

*gisse meministi, ait, quin res est omnino inaudita, quod Principi beatissimi Regni, sibi que penitus obnoxii, Domino in mentem venerit, illud Regi extero & remoto vectigale efficere. Excors est, & miserrimus hominum Rex vester. Cumque dixissent, eum ad annum vitæ quinquagesimum pervenisse, adjecit Miramolinus: nempe ad ætatem senectutis propinquam; hinc est, quod delirare incipiat. Sundeo, ut pacem quærat & quietem. Tum postquam vocem aliquamdiu tenuisset, colligens omnia Legatorum responsa, Dominum vestrum, ait, ex Regum censu delendum arbitror, nihili æstimandum, & quocum fœdera ineam, indignum. Tandem ad Thomam & Rudolphum conversus, eos unquam posthac conspectum suum subire vetuit.*

*Dum illi, rubore pudorem consequente, discedunt, Miramolinus Robertum Londinensem Legatorum tertium, qui paulo remotius steterat, intuebatur, vidensque hominem pusillum, nigri & temnendi vultus, conjecit, solertissimum esse, quod ad maximi momenti Legationem fuisset adhibitus. Hunc ergo solum affatus, complura de Rege suo quæsit, cui perquam gratum se effecit Robertus, cum candide fateretur; Tyrannum esse Regem Angliæ, intolerabilis inter suos superbiæ, & pudentiæ, ubi cum*  
*exteris*



exterioris agendum esset, ignavia, qui postquam in poenam suae imprudentiae Ducatum Normanniae pluresque alias ditiones amisisset, totum Regnum perdere, lymphato similis, cuperet, denique ob exactiones, rapinas, adulteria, & luxuriam subditis suis invisum. His perceptis Miramolinus, cui haecenus satis fuerat Regem Joannem spernere, maledictis oneratum abominari coepit, & damnare Anglorum patientiam. Saepius deinde Maurus cum Roberto sermonem per interpretem conferuit, & Regiis muneribus, quippe aurum, argentum, gemmas, vestesque ex serico pretiosas congeffit, cumulatam dimisit. Ille dum reversus amicis omnia hujus Legationis adjuncta arcana narravit. Mathaeus autem Parisiensis Historiae Scriptor dicit, se multa ex ipsius ore accepisse, & addit; Regem Joannem non, ut vere Orthodoxum decet, de Resurrectione mortuorum, aliisque non nullis Fidei articulis sensit, ac non nunquam a sana ratione usque adeo aliena effutisse, ut ea referre verecundia non sinneret. Quadam die cum venatoribus cervi pinguisissimi, a canibus capti, tergum diripientibus adstaret, ridendo dicere auditus est: *Quam optata corporis sanitate gaudebat hoc animal, licet*

p. 206.



Sæcul. XIII. *cet nunquam Sacerdoti Missam celebran-*  
 A. C. 1213. *ti adfuerit (\*)!*

## §. XXVIII.

*Pugna ad Muretum.*

Simon Montfortius Comes vero, & Episcopi Occitaniæ, auxilio Cruce signatorum ex Francia destituti, ad Regem Arragoniæ Abbates miserunt, qui ei Papæ literas redderent, & precarentur, ut consiliis Summi Pontificis obsequens, Hæreticos tueri desineret. Respondit Rex; se Pontificis mandata promptissime executurum esse. Sed facta dictis contraria secuta sunt; nam non solum Equestris Ordinis milites, quos Tolosam miserat, non revocavit, sed etiam supplementa addidit, ex suo quoque Regno copias contraxit, quas ut stipendiis datis alere posset, accepta pecunia mutua, partem ditionum suarum creditoribus pignori obtulit. Die decima Septembris,

(\*) De Rege Angliæ isto, Joanne sine terra, dicit ad hunc locum Natalis Alexander pag. 625. *Ipsam certe de Resurrectione corporum, ac de aliis Christianæ fidei capitibus male sensisse, Et quædam impia Et blasphemata sæpe evomuisse, refert Mathæus Paris.*

Ceterum non in omnibus Mathæus Parisiensis omni exceptione major testis esse videtur.



bris, Feria III. post Nativitatem Beatæ <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
 Virginis, valido cinctus exercitu, cum <sup>A.C. 1213.</sup>  
 Comitibus Tolosano, Convennensi &  
 Foxiensi venit ad obsidendam arcem Mu-  
 retum, ad Garumnâ amnem duabus  
 Leucis infra Tolosam positam, dum Co-  
 mes Monfortius, qui in oppido *Fanjoux*  
 subliterat, Saverodunum se contulit,  
 cum Episcopis septem, & Abbatibus tri-  
 bus, quos Archiepiscopus Narbonensis,  
 Sacræ Sedis Legatus, ad deliberandum  
 de pace, cum Rege Arragoniæ reducen-  
 da, convenire iusserat.

c. 71.

Altera die, Feria IV. summo mane  
 Comes Montfortius, Capellano suo ac-  
 cersito, confessus est, condiditque Testa-  
 mentum, quod Abbati propinqui Mona-  
 sterii Bulbonensis, Ordinis Cisterciensis,  
 custodiendum misit, cum mandato; si  
 in acie caderet, illud Romam mittere-  
 tur a Pontifice confirmandum. Præsti-  
 tuta die, ubi omnes Episcopi in Ecclesia  
 præsto fuere, uno eorum, vestibus sa-  
 cerdotalibus induto, Missam celebrante,  
 ceteri Comitem Tolosanum ejusque fi-  
 lium, Comitem Foxiensem cum filio suo,  
 Comitem Convennensem, omnesque  
 eorum Fautores, quibus Rex Arragoniæ  
 sine dubio accensebatur, excommuni-  
 carunt, sed Episcopi de industria nomen  
 Regis dissimularunt. Die Jovis, duode-  
 cima Septembris, Crucigeris ad prælium  
 se

c. 72.



Sæcul. XIII.  
A. C. 1213.

se se accingentibus, Episcopus Tolosanus, mitra ornatus, & veram Crucem in manibus gerens ad eos, processit. Ergo Crucigeri de equis descendere, & singuli ad adorandam Crucem accedere. At Episcopus Conveniensis ratus longum fore, si singuli adorarent, Cruce de manu Episcopi Tolosani accepta, & loco editiore conscenso, Benedictionem omnibus impertiens, *ite*, agebat, *ite in nomine Jesu Christi*. Spondeo, meque vadem habebitis in die Judicii, omnes, quicumque in hoc prælio cæsi fuerint, mercedem æternam & gloriam Martyrii, nullas expertos Purgatorii penas, recepturos esse, si modo contrito corde confessi fuerint, aut saltem animo firmo constituerint, post pugnam illico Presbyterum adire, & peccata, necdum Judicio Ecclesiæ subjecta, confiteri.

Cum Episcopus Conveniensis, a Crucigeris rogatus, hoc promissum sæpius repetiisset, idque ceteri Episcopi confirmassent, haud mora, sacri milites, agmine ad honorem S. Trinitatis tripartito, in hostem procedunt. Interim Episcopi Clericique, Ecclesiam ingressi, elata voce ac inter crebros gemitus Deum pro dimicantibus precantur. Crucigeri vero in Albigenes invehuntur, percurrunt ordines, & Rege Arragoniæ caelo, insigni victoria potiuntur. Sequentem die



die Episcopi, qui adfuerant, directa ad <sup>Sæcul. XIII.</sup> omnes Fideles Epistola, hujus pugnae <sup>A.C. 1213.</sup> fortunam, & quidquid ipsi prius ad pacem a Rege Arragoniæ ac Tolosanæ impetrandam movissent, retulerunt. <sup>to. II. Conc. p. 99.</sup> Epistolam claudunt in hæc verba: Cæ-

*forum in prælio hostium numerum quis inerat? ex nostris autem unicus Eques & admodum pauci gregarii occisi. Nos Episcopi, Tolosanus, Nemausensis, Uticensis, Lutevensis, Bliterrensis, Agathensis, Conveniensis, & Abbates Clariacensis, Vallismagnæ, ac S. Tiberii, qui ex mandato Archiepiscopi Narbonensis, Sacrae Sedis Legati, ad pacem revocandam nulli labori peperimus, omnia, quæ supra memorantur, veritati esse maxime consentanea, testatum facimus. Datum Mureti, altera post victoriam die, nempe Feria VI. infra octavam Nativitatis Beatæ Virginis, anno salutis millesimo ducentesimo decimo tertio. Corpus Regis Arragoniæ, nudum in loco pugnae inventum, Equites Hospitalarii S. Joannis, quibus olim multa contulerat beneficia, sepelierunt.*

*Guil. de Pod.  
Laur. c. 22.*

# §. XXIX.

*Quæ, Joanne Rege absoluto, secuta sint.*

Innocentius Papa, acceptis Regis Angliæ literis, a Pandolpho sibi missis, Respon-



Sæcul. XIII.  
A.C. 1213.

16 ep. 79.

\* Regale Sa-  
cerdotium.

1. Petr. 2. 9.

16. ep. 80. 81.  
86.

Math. Par.

1213. p. 207.

Responsorias dedit, quarum hoc est ex-  
ordium: *Gratias agimus illi, qui ex  
malo bonum novit eruere, & quo adspi-  
rante non solum satisfactionis formulam,  
re mature pensata, a nobis concinna-  
tam, recepisti, sed etiam te ipsum &  
Angliam tuam Ecclesiæ Romanæ subji-  
cisti. Quis enim hanc mentem tibi in-  
didit, nisi Spiritus ille, qui ubi vult spi-  
rat? jam ratione sublimiore & solidiore  
quam antea Regnum tuum tenes, cum, ut  
loquitur S. Scriptura, Regnum \* Sacer-  
dotale effectum sit. Mittimus tibi ex-  
go, ut petiisti, Legatum a latere, Epi-  
scopum Tusculanum, cui, cum perspecta  
sint ipsi consilia nostra, plenam aucto-  
ritatem commisimus. Hæc Epistola die  
sexta Julii anno millesimo ducentesimo  
decimo tertio data est. Simul Papa,  
datis ad Archiepiscopum Cantuarien-  
sem, alios Præsules, Principesque Angliæ  
literis, Legatum suum commendavit.  
Regi Franciæ quoque scribens hortatus  
est; bene suadenti sibi obtemperaret,  
& ad pacis consilia cum Rege Angliæ  
animum adjiceret.*

Nicolaum Episcopum Tusculanum,  
Papæ Legatum, exeunte mense Septem-  
bri, ad Festum S. Michaelis, Angliam de-  
latum, etsi adhucdum teneret Interdi-  
ctum, omnes tamen Ecclesiæ inter sup-  
plicationes & cantus publicos magna  
pompa



pompa exceperunt. Westmonasterii Sæcul. XIII. A.C. 1213.  
 deinde commoratus, Abbatem Guiliel-  
 mum, quod Venerem furtivam agitare, & per-  
 sumdaret Monasterii bona, a Mo-  
 nachis suis accusatum, deposuit. Ce-  
 terum hic Legatus, qui cum septem e-  
 quis in Angliam appulsus fuerat, intra  
 breve temporis spatium cum equis quin-  
 quaginta, & maxima famulorum fre-  
 quentia, iter fecit. Conventus autem  
 Londini in Ecclesia Cathedrali S. Pauli  
 celebratus, cui Rex Joannes cum duo-  
 bus Cardinalibus, S. Sedis Legatus, Ar-  
 chiepiscopus Cantuariensis, Episcopi &  
 Regni Optimates interfuerunt, atque in  
 eo per triduum deliberatum, quantum  
 Præsulibus, ad resarciendum damnum  
 illatum, Regem dare oporteret. Pro-  
 mittebat vero, se centies mille argenti  
 marcas paratas traditurum esse, & plura  
 etiam usque ad futurum tempus Pascha-  
 le, si damnum, quod passi essent, pluris  
 æstimaretur. Tam rationi & æquitati  
 consentaneum id videbatur Legato, ut  
 Episcopis succenseret, quod non protin-  
 us consentirent. Unde eum partium  
 studii suspectum habuerunt; urgebant  
 enim, in modum totius damni accurate  
 inquiri, ut simul omnia recuperarent;  
 Regi autem gratissimum accidit, rem  
 differri.



Sæcul. XIII.  
A.C. 1213.

to. 5. *Spicil.*  
p. 576.

Altera die, postquam diu de tollendo Interdicto deliberatum, Rex ante majus Altare illud promissum, quo Angliam & Hiberniam Papæ vectigales reddiderat, confirmavit, & loco Chartæ, cera signatæ, quam Pandolpho commiserat, aliam, die tertia Octobris anno millesimo ducentesimo decimo tertio datam, & auro signatam, Legato tradidit, ad Pontificem deferendam. Negotium de cautione damni ad Colloquium Redingæ tertia Novembris celebrandum dilatum, & postquam novæ morarum causæ natæ fuissent, res hæc iterum, suadente Legato, ad aliud tempus ablegata.

Joannes Rex Romam miserat Episcopum Norwicensem, Abbatem Bellilocensem, cum tribus aliis Nunciis, ad deferendas literas, in quibus affirmabat, se mandata Pontificis submisso animo perfecturum, atque etiam Regnum suum Pontifici donabat. Hos Nuncios Papa remisit, cum compluribus Epistolis, sub finem Octobris & initium Novembris datis. In prima hortatur Regem; animos Episcoporum in Regno suo, præsertim si causæ spirituales sint, leniter tractet. Ex eadem Epistola cognoscimus, Joannem Regem privilegium a Papa petiisse, ne ipse excommunicari, aut ejus Oratorium, nisi id Summus Pontifex speciatim præcepisset, Interdicto subji-



ci posset. Secunda Epistola Bulla est, Sacul XIII.  
qua Donatio Regnorum Angliæ & A.C. 1213.  
Hiberniæ solemnibus formulis accepta-  
tur. In aliis literis Papa Nicolao Legato  
in mandatis dat; soluto Interdicto, dili-  
genter curet, ut premantur & combu-  
rantur omnes Epistolæ Papales, quæ ad-  
versus Joannem Regem fuerant scriptæ,  
ut in Franciam, Angliam, & alias Regio-  
nes spargerentur, nisi de pace ineunda  
consentiret. Hinc etiam sine dubio hæ  
literæ in collectione Epistolarum Inno-  
centii III. non occurrunt.

ep. 131.

133.

§. XXX.

*Nicolai Legati molimina.*

Inter Epistolas, a Legatis Joannis Regis  
Nicolao, Sacræ Sedis Legato, reddi-  
tas, invenitur aliqua, qua Ecclesiis Ca-  
thedralibus, & Abbatiis, tunc in Anglia  
vacantibus, providere a Pontifice jube-  
batur, videlicet curare, ut Clerici Epi-  
scopatu digni, viris prudentibus ad con-  
siliū adhibitis, & consentiente Rege,  
eligerentur. Potestatem etiam tribue-  
bat Papa, eos, qui obssisterent, Censuris  
Ecclesiasticis reprimendi. Itaque Ni-  
colaus, his mandatis munitus, contem-  
pta Archiepiscopi & aliorum Episcopo-  
rum admonitione, cum Clericis & præ-  
fectis Regiis ad Ecclesias vacantes se  
contulit, virosque, quibus ferendo one-  
ri

Y 2



Sæcul. XIII. ri sacerdotali impares humeri erant, pro  
 A.C. 1214. veteri in Anglia abusu, ordinavit. Cum-  
 que aliqui, se manifeste læsos conquesti,  
 ad Papam appellarent, hos ille, ab offi-  
 ciis suis suspensos, & ademta potestate  
 vel obolum ex suis redditibus ad sumtus,  
 longæ profectio[n]i necessarios, impen-  
 dendi, Romam misit. Præterea Cleri-  
 cis suis, sine Patronorum consensu, Be-  
 neficia, quibus animarum cura annexa,  
 contulit; quamobrem multi in hunc Le-  
 gatum maledice invehebantur.

Cardinali quoque, Stephano Lang-  
 tonio Archiepiscopo Cantuariensi, ista  
 æquo animo ferenda non videbantur.  
 Unde post octavam Epiphaniæ, anno  
 Christi millesimo ducentesimo decimo  
 quarto, cum suis Suffraganeis, in loco  
 qui *Dunestaplia* dicebatur, celebrato  
 Concilio, postquam mature deliberatum,  
 ad Legatum duos misit Clericos, qui, in-  
 terposita Appellatione, suo nomine pro-  
 hibere[n]t, ne læsa Dignitate Archiepisco-  
 pi, ad quem dispositio Ecclesiarum in  
 sua Diœcesi de Jure spectaret, Prælatos  
 in Ecclesiis vacantibus instituere præsu-  
 meret. Legatus autem Appellationi  
 non acquiescens, consentiente Rege,  
 Pandolphum ad Curiam Romanam mi-  
 sit, ut consiliis Archiepiscopi adversare-  
 tur. Quo cum ille pervenisset, famam  
 Archiepiscopi Cantuariensis in conspe-  
 ctu

*Math. Par.*  
 1214.  
*to. II. Conc.*  
 p. 402.



Atu Summi Pontificis non mediocriter <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
denigravit, objiciens Archiepiscopo & <sup>A. C. 1214.</sup>  
Episcopis Angliæ, quod in exactione &  
restitutione sibi ablatorum, tempore In-  
terdicti, nimio rigore & avaritia labora-  
rent, quodque ipsum Regem & Regni  
libertatem plus æquo deprimerent. Con-  
tra summis præconiis Joannem Regem  
extulit, asserens, se Regem tam humi-  
lem tamquam modestum eatenus nun-  
quam vidisse. His laudibus ei Pontifi-  
cis gratiam conciliavit. Cumque Ma-  
gister Simon Langtonius, Archiepiscopi  
frater, Pandolpho, de Rege tam magni-  
fice coram Papa loquenti, obstreperet,  
rejectus est. Usque adeo nempe Rex  
Angliæ Regnum suum Sacræ Sedi do-  
nans & subjiciens Papæ animum demul-  
serat.

## §. XXXI.

*Pelagius, Legatus in Romania.*

Ab obitu Cardinalis S. Susannæ, nullus  
Sacræ Sedis Legatus in Romania  
versabatur. Nam Maximus Notarius,  
quem Papa illuc destinaverat, interim sua  
mandata executurum, Venetiis hæserat.  
Quare anno millesimo ducentesimo de-  
cimo tertio Innocentius Papa, Pelagium  
Cardinalem, Episcopum Albanensem,  
auctoritate Legati præditum, Constan-  
tinopolim misit, cum literis, quibus eum

Y 3

Hen-



Sæcul. XIII.  
A.C. 1214.

16. ep. 104.  
Etc.

Georg.  
Acropol. n. 17

Henrico Imperatori, Godefrido Acha-  
Principi, aliisque in Græcia Principibus,  
Episcopis, Abbatibus, ceterisque viro-  
rum Ecclesiasticorum Præpositis, com-  
mendabat. Hæ Epistolæ Signii duobus  
ul' imis diebus mensis Augusti anno mil-  
lesimo ducentesimo decimo tertio datæ  
sunt. Pelagius Legatus, ut nemo non  
sciret, quod Romani Pontificis personam  
referret, totus purpuratus, calceamen-  
tis etiam, ac equi sui freno, stragulisque  
rubris, incedebat, idque in hunc Præsu-  
lem Græcorum omnium oculos rapiebat,  
coloris istius splendorem in solo Impe-  
ratore suo conspiciere adsueto. Præ-  
terea potestate sua superbe utebatur,  
Græcos universos Romæ subjecturus,  
Monachos, Presbyterosque refractarios  
in carceres detrudebat, jubebatque clau-  
di eorum Ecclesias. Pœna mortis iis  
dénunciabatur, qui Papam ut Episcopo-  
rum primum non reciperent, ejusque  
mentionem in sancto Sacrificio non fa-  
cerent. Tantus rigor ingentem terro-  
rem Constantinopolitanis ingessit, atque  
eorum præcipui, ad Henricum Impera-  
torem conversi, *quamquam ex diverso*  
*gente nati sumus, aiebant, aliumque be-*  
*beamus Pontificem, tibi alienigenæ spon-*  
*te corpora nostra, non autem animas*  
*& Religionem tradidimus. In bello*  
*pro te pugnabimus, at fidem nostram*  
*desi-*



*deserere non possumus. Ergo a malis* Sæcul. XIII.  
*imminentibus nos vindica, vel patere, ut* A.C. 1214.  
*liberi ad Populares nostros transeamus.*

Noloit Imperator tot fortium virorum opera carere, sed, invito Legato, Græcorum Ecclesias aperiri, eorumque Monachos ac Presbyteros libertati restitui præcepit. Ita tempestatem in Urbe Constantinopoli motam composuit. Complures tamen Monachi discedentes Imperatorem Lascarem adierunt, qui Monasteria, in quibus degerent, concessit, & non nulli Presbyteri Niceam migrarunt, ubi Michael Autorianus Patriarcha quosdam Clericorum suorum numero adscripsit, aliisque Ecclesias contulit. Sicque optata libertate potiebantur (\*).

Y 4 §. XXXII.

(\*) Cum Pelagius S. Sedis Legatus petiit, Papam ut primum Episcoporum recipi, ejusque mentionem in Sacro Sacrificio fieri, iusta petiit, imo etiam ad conservandam unitatem Hierarchicam & Communionem Ecclesiasticam, sine quibus vera Christi Ecclesia non est, necessaria, sed præservide & intempestive. Expectandum fuisset, donec Latinorum Imperium Constantinopoli stabiliretur; unde exoptata occasio nata fuisset, Græcos Romanis uniendi. Ceterum fundamento non caret Fleurii Reflexio; ante captam a Latinis Constantinopolim nunquam tam certa Schismatis argumenta fuisse deprehensa.



Sæcul. XIII.  
A C. 1214.

§. XXXII.

*Res Albigenſium.*

16. ep. 167.

16. ep. 171.  
171.

*Petr Hiſt.*  
*Albig. c. 77.*  
78.

Ineunte anno milleſimo ducentefimo decimo quarto Papa in Provinciam alium Legatum, ſcilicet Petrum Beneventanum Cardinalem, Diaconum Titulo Sanctæ Mariæ in *Aquire*, miſit, cum Epistolis, die decima ſeptima Januarii & ſequentibus datis. In prima, ad Archiepiscopos Embrodunenſem, Arelatenſem, Aqueſem, Narbonenſem, eorumque Suffraganeos, ad Abbates & alios Præpoſitos Eccleſiaſticos directâ, præcipit; ſubmiſſo animo Legatum ſuum recipiant, & quæcunque decerneret, ſancte ſervent. In alia Epistoſa Papa Simoni Comiti Montfortio in mandatis dat; filium Regis Arragoniæ, quem poſt pugnam Muretanam captivum tenebat, in manus Legati ſui tradat. Petro Legato mandata etiam commiſſa erant, quibus inſtructus Comitem Convennenſem, Vicecomitem Benearnienſem & Tolofanos abſolveret, ſi cautionem de futura ſatisfactione præſtitiffent. Ceterum in Territorium Albigenſe medio ferme menſe Aprili pervenit, cum eodem tempore Episcopus Carcaſſonenſis Crucigerorum militum ſupplementa ex Francia adduxiſſet.

Hic



Hic Præsul totum annum superio- Sæcul XIII.  
A C. 1214.  
rem, bellum in Francia contra Hæreti-  
cos prædicans, consumserat, non nullis

c. 75.

aliis, maxime autem Magistro Jacobo Vitriaco, operam jungentibus. Cardinalis quoque Legatus Robertus Cursorius, & Guilielmus Archidiaconus Parisiensis sacrorum militum cohortes adduxerant; quamvis enim Cardinali incumbere, præcipue sacram expeditionem in Terram sanctam prædicare, in illis tamen adjunctis consensit, ut etiam contra Albigenes moventibus denunciaretur Indulgentia. Quin & ipse Crucem pectori affixam, contra Hæreticos militantium Insigne, gerere cœpit. Crucigeris omnibus vero indictum, ut Bliteris, die decima quarta post Pascha, seu decima tertia Aprilis, ad castra confluerent. Præterea Odo III. Dux Burgundia, ab Archiepiscopo Narbonensi excitatus, Archiepiscopis Lugdunensi & Viennensi comitantibus, Comiti Montfortio auxilia attulit.

In Quadragesima hujus anni millesimi ducentissimi decimi quarti Balduinus Comes, Tolosani Comitis frater, noctu in lecto suo dormiens, Olmiæ in Territorio Cadurcensi, a proditoribus per insidias captus est, & in aliam Arcem, a subditis quidem suis inessam, translatus. Quia deinde turrin dedivatabat,

Y 5

rapto-



Sæcul. XIII.  
A.C. 1214.

Balduinus  
peremptus.

raptores inclusum inedia per biduum cruciarunt; quo transacto, ille Presbyterum vocari jubet, confitetur, & Communionem petit. At postea, Presbytero cum S. Sacramento intrante, supervenit grassatorum aliquis, terribili juramento affirmans, non passurum se, ut Comes Balduinus ullo cibo potuve refocillaretur, priusquam quemdam grassatorum illorum, commilitonem suum, quem in vinculis custodiri jusserat, liberum dimisisset. Cui Comes: *Crudelis! non alimentum corporis, sed divinum Mysterium, escam animæ meæ, peto.* Tum, latronibus Sacerdotem prohibentibus, ait: *Saltem ostendatur mihi Sacramentum,* idque, a Ministro sibi exhibitum, devote adoravit. Inde Montemalbani deducitur, quo ubi etiam Comes Tolosanus advenit, ipso jubente protrahitur Balduinus, & illico fauces Principis laqueo innectuntur, quo necaretur. Iterum peccata confitendi spatium, & Viaticum, roganti, utrumque denegatur; sed Deum testem invocantem, quod pro defensione Religionis moreretur, Comes Foxiæ, ejus filius, & quidam ex Arragonia Eques, e terra cum fune, quem injecerant, elevatum, ac e nuçe arbore suspensum, strangulant. Ita Comes Tolosæ fratrem suum miserandum in modum peremit.

Petrus



Petrus Beneventanus Legatus, post Sæcul. XIII.  
quam cum Simone Comite Montfortio A. C. 1214.

ad colloquium coivisset, Narbonam per-  
rexit, ad quem mox Comes Conven- *Petr. c. 77.*

ensis, Comes Foxiensis, & complures  
alii, ditionibus suis ob Hæresim privati,  
conveniunt, rogantes, ut eas sibi reddi  
juberet. Ipse omnes reconciliavit, non  
solum recepto eorum juramento, quod  
Ecclesiæ præcipienti morem gerere vel-  
lent, sed etiam munitis castris, quæ in  
ipforum adhuc erant potestate, sibi tra-  
ditis. Reliquo æstatis tempore Comes *c. 79.*  
Montfortius complures Arces in Terri-  
toriis Cadurcensi, & Agennensi ad de-  
ditionem compulit, atque præter alias  
Mauriacum, in qua Hæretici septem de  
Secta Waldensium deprehensi sunt. Hi  
ad Legatum Robertum Cursonium, ca-  
stra tunc sequentem, adducuntur, & cum  
simpliciter errorem faterentur, a Cruci-  
geris, magnam lætitiā profitentibus,  
igni traduntur.

Inde Comes Montfortius oppidum *c. 80.*  
*Chasseneuil* in Territorio Agennensi ad-  
moto exercitu obsessum cepit. Rober-  
tus Legatus quoque, obsidioni interfu-  
turus, advenerat, sed exitum ibi non  
expectavit, urgentibus Legationis suæ  
negotiiis in Franciam revocatus. Cete-  
rum Comes Montfortius compluribus  
munimentis & oppidis Hæreticorum,  
Tyran-



Sæcul. XIII. Tyrannorum seu latrunculorum, pro-  
A.C. 1214. vincia Petrocoriensis, Lemovicensis, &  
 Rutenensis, in potestatem suam redactis,  
 pacem in illis regionibus restituit.

## §. XXXIII.

*Pugna ad Boviniacum.*

*Rigor. p. 52.* Inter hæc Philippus Rex Franciæ in  
 Flandria Ferrando Comiti, Ottoni Im-  
 peratori & Comiti Saresberienfi, Regis  
 Angliæ fratri, ex patris amica nato, Fer-  
 randi foederatis, arma inferebat, atque  
 cum adversi exercitus ad pontem Bovi-  
 niacensem prope Tornacum in mutuo  
 conspectu starent, Philippus Rex, mi-  
 lites suos ad strenue rem gerendam ex-  
 citaturus, *tota spes nostra, Comilitones  
 in Deo sita est, inquit, Rex Otto, ejus-  
 que satellites a Papa excommunicati, Ec-  
 clesiæ inimici sunt & everfores. Sti-  
 pendia, quibus sustentantur, ex paupe-  
 rum lacrymis, Ecclesiarum Clericorum-  
 que spoliis impii extorserunt. Nos vero  
 Christiani sumus, Communione & sancta  
 Ecclesiæ pace gaudentes. Ut ut pecca-  
 tores, cum Ecclesia tamen sentimus, &  
 credimus, ac pro viribus nostris Clerico-  
 rum libertatem defendimus. Quare ma-  
 gna fiducia a Dei misericordia victo-  
 riam de inimicis nostris speremus.* Re-  
 gi, ita proximos quosque alloquenti, ac-  
 clamarunt, ut sibi benediceret, moxque  
 pugna



pugnæ signum tuba datum. Haud pro-<sup>Sæcul. XIII.</sup>  
cul post Regem stabat Capellanus, Hi-<sup>A.C. 1214.</sup>  
storiæ hujus Scriptor, nempe Rigordus  
monachus, & cum eo alius Clericus,  
qui, audito æris militaris sono, Psalmos  
centesimum quadragesimum tertium,  
sexagesimum septimum, & vigesimum,  
victoriam rogantibus congruos, erum-  
pentibus lacrymis, decantarunt. Inita  
vero est hæc pugna die Dominica, vi-  
gesima septima Julii, anno millesimo du-  
centesimo decimo quarto, atque victo-  
ria nullatenus ambigua ex parte Regis  
Philippi stetit. Ottonem Imperatorem  
fuga abstulit, Comites Flandriæ & Sares-  
beriensis capti. Eodem tempore Joan-  
nem Regem Angliæ, exercitu in Terri-  
torium Pictaviense exposito, Arcem *Ru-*  
*pem Monachorum* dictam in ditione An-  
degavensi obsidentem, Ludovicus, Re-  
gis Franciæ filius, depulit. Ut hujus  
diei lætitia ad posterorum memoriam  
transmitteretur, Rex Philippus prope  
Silvanectum Abbatiam *de Victoria* con-<sup>Rigor. p. 66.</sup>  
didit, in quam Canonicos Regulares  
Congregationis Parisiensis S. Victoris  
invenit.

## §. XXXIV.

*Interdictum in Anglia tollitur.*

Ad Festum Purificationis Joannes Rex  
Romam miserat Joannem Episcopum  
Nor-



Sæcul. XIII.

A.C. 1214.

*Math. Par.*  
p. 208. 209.

Norwicensem, Richardum *du Marais* Archidiaconum Nordhumbrensem, duosque Viros Nobiles, qui Interdictum, quod tamdiu Anglia constricta fuerat, solvi peterent. Illi deinde, Joanne Rege ultra mare agente, reversi, Papæ Epistolam attulerunt, qua Nicolao Episcopo Tusculanensi imperabat; Interdictum tolleretur, ea conditione, si Rex cautionem præstaret Archiepiscopo Cantuariensi, Episcopis Londinensi, Eliseni, aliisque, quod illata damna resarcire vellet. Nicolaus Legatus, acceptis his Papæ literis, amplissimum Concilium Londini in Ecclesia S. Pauli indixit, cui tam Episcopi quam Optimates Sæculares interfuerunt. Postquam pecuniæ summa, quam Rex conquerentibus Episcopis restituerat, fuit æstimata, apparuit, tredecim millia marcarum argenti superesse solvenda, qua de re duo Episcopi Wintoniensis & Norwicensis Fideijussores se se obtulerunt. Tunc autem in Festo S. Petri, die vigesima nona Junii anno millesimo ducentesimo decimo quarto, in eadem Ecclesia S. Pauli, Londinensis urbis Cathedrali, Legatus solemniter absolutionem ab Interdicto denunciavit. Cantatus est Hymnus, *Te Deum Laudamus*, pulsata campana, maximo totius Regni gaudio. Ceterum Interdictum istud in Anglia annis sex, mensibus



bus tribus, & diebus quatuordecim, da- Sæcul. XIII.  
 mo Ecclesiæ, sive temporalia, sive spi- A.C. 1214.  
 ritualia spectentur, irreparabili, te-  
 nuit.

Tunc vero complures, quibus Inter-  
 dictum nocuerat, Abbates, Priores,  
 Templarii, Hospitalarii, Abbatissæ, Mo-  
 niales aliique tum Clerici tum Laici,  
 Legatum adeuntes, conquerebantur; se,  
 quamvis equidem ex Anglia non fugis-  
 sent, nihilominus a Rege ejusque præfe-  
 ctis miserum in modum fuisse vexatos,  
 ac proinde jure petere, ut in integrum  
 restituerentur. Respondit Legatus; in  
 mandatis suis nullam de ipsis mentio-  
 nem fieri, nec licere sibi positos limites  
 transgredi. Suasit autem, ut ad Papam  
 se converterent, & sibi satisfieri postu-  
 larent. Sed omnes, spe abjecta, ad sua  
 redierunt.

§. XXXV.

*Concilium in Urbe Montepessulano.*

Anno sequente millesimo ducentesimo Petr. Hist.  
 decimo quinto ineunte, ante diem Albig. c. 81.  
 decimam quartam post Natalem Domi-  
 ni, Petrus Beneventanus Legatus in Ur-  
 be Montepessulano Concilium celebra-  
 vit, cui interfuerunt Archiepiscopi quin-  
 que, Narbonensis, Augustæ Auscionum,  
 Embrodunensis, Arelatensis, & Aquen-  
 sis, cum Episcopis illarum regionum vi-  
 ginti



Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

to. II. Conc.  
p. 103.

ginti octo, & multis Baronibus. Simon autem Comes Montfortius non aderat, quod eum cives Montispeffulani, sicut omnes Francos, vehementer averfarentur, nec mœnia sua intrare sinerent. Mansit ergo, dum Concilium celebratur, in quadam arce vicina, Dominio Episcopi Magalonensis, id est, Montispeffulanensis, subjecta, unde quotidie in ædes Templariorum extra urbem positas se conferebat, ubi Episcopis ad se divertentibus, quoties necessitas postulabat, colloquebatur. Legatus in Ecclesia Dominae Nostræ pro concione dicens Concilium exorsus, Prælatos deinde in domum suam accersitos affatus est in hunc modum: *Repeto & requiro a vobis per terribile Dei judicium, & obedientiam, quam Ecclesiæ Romanæ debetis, fidum mihi suggerite consilium, cui viro præceteris Urbis Tolosæ Principatus, aliæque urbes ab exercitu Christianorum Crucis signatorum occupatæ, concedendæ sint.* Cum Episcopi singuli cum Abbatibus & familiaribus Clericis suæ Diocesis diu deliberassent, tandem omnium vora & consilia has Ditiones Comiti Montfortio destinarunt. Moxque summis precibus a Legato petunt, ut ejus potestati omnes terras, de quibus tunc agebatur, traderet. Sed Mandata Legati insipientes cognoverunt, quod id, Summo Pontifice inconsulto, non posset.

Ergo



Ergo communi omnium consensu <sup>Sæcul.XIII.</sup>  
Romam mittitur Bernardus Archiepiscopus <sup>A.C.1215.</sup>  
Embrodunensis, cum Legati Petri <sup>Duchesne to.</sup>  
& Episcoporum Epistolis, quibus roga- <sup>5. p. 769.</sup>  
bant Innocentium Pontificem, ut eis Co- <sup>to 11. Conc.</sup>  
mitem Simonem Montfortium Dominum <sup>p. 107.</sup>  
& Principem daret.

In Concilio urbis Montispeffulani  
Statuta quadraginta sex edita sunt, ac  
primi eorum hæc est summa: *Sæpe  
multumque Laici querelas ad nos detule-  
runt, de vestitu lurido, & contra mo-  
destiæ leges peccante, quorundam viro-  
rum Religiosorum, & Ecclesiasticorum.*  
Scandalo enim iste habitus Laicis est,  
qui bujusmodi Clericos non modo nulla  
veneratione dignos existimant, sed etiam  
variis modis vexant, nec Laicis esse  
meliores putant, quos in habitu Laicis  
dissolutiores conspiciunt. Quare distri-  
cte jubemus, ut quilibet Archiepiscopus  
vel Episcopus talaribus vestimentis &  
insuper amiculo \* lineo extra domum, si  
pedes vadat, semper utatur. Idem obser-  
vet, si domi extraneos in conspectum  
admittat. Nullus Clericus vestibus ru-  
bei aut viridis coloris utatur. Canoni-  
ci Regulares semper amiculo lineo induti  
incedant. Episcopi aliive Clerici non  
babeant aves, venandi causa, nec eas pro-  
pria manu, cum domo exeunt, portent.

\* *Rochet*

c. 3.

c. 26.

c. 7.

Hist. Ecclesiast. Tom. XIX. Z Ca-



Sæcul. XIII.

A.C. 1215.

*Capitula non recipiant Laicos in Con-*  
*nonicorum vel Fratrum numerum, nec*  
*ad Præbendam Canonici panis & ca-*  
*ni.* Hujus consuetudinis vestigia in  
quibusdam Ecclesiis videmus, ubi Re-  
ges vel alii Principes Præbenda potius  
tur. Tum iterum Concilium: Para-  
chiales Ecclesiæ adolescentulis, vel consi-  
tutis in minoribus Ordinibus non tra-  
dantur. Nullus Monachus aut Canoni-  
cus Regularis proprium habeat, ne qui-  
dem ex licentia sui Abbatis aut Frio-  
ris, cum ipsis hujusmodi licentiam dare  
non possint. Nulli viro Religioso certa  
pecunia detur, qua sibi vestes comparet.  
Quæ pensionibus distributis supersunt,  
pauperibus erogentur. Nullus in duo-  
bus Congregationibus professionem Re-  
ligiosam edat, nisi a Monasterio laxio-  
re ad strictiorem Regulam transire vo-  
luerit. Prioratus, qui tribus Fratribus  
sustentandis non sufficit, alteri conju-  
gatur. Posteriores Canones hujus Con-  
cilii præcipue de Pace, nempe de secu-  
ritate iter facientium, decernunt; &  
quocunque enim exigebatur juramen-  
tum, quod a latrociniis abstinere vellet,  
addita pœna, nisi juraret, quod a pace  
publica, & a Communione Ecclesiæ ex-  
cludendus esset. Omnibus in Concilio  
Montepessulanensi intra complures dies  
peractis, eoque soluto, Legatus Sacrae  
Sedis

Petr. c. 81.



Sedis cum Comite Montfortio Carcas-  
sonam petiit. Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

## §. XXXVI.

*Ludovicus Franciæ in Occitania.*

Hoc anno millesimo ducentesimo decimo quinto Ludovicus Regis Franciæ filius, cum Induciis inter parentem suum & Regem Angliæ initis, vacaret, votum ante triennium editum impleturus, contra Albigenes in Occitaniam movit, comitantibus Principem suum compluribus Optimatibus, duobusque Episcopis Belvacensi & Carcassonensi, quippe iste haud diu ante, a Comite Montfortio rogatus, ad negotia sacrae expeditionis curanda, in Franciam venerat. Locus, in quem sacri milites convenirent, indictus erat Lugduni, ad diem Paschæ, quod Festum hoc anno in diem decimam nonam Aprilis incidebat. Comes Montfortius Ludovico Principi, Domino suo, Viennam usque, & Petrus Beneventanus, Legatus, Valentiam obvios se se intulerunt. Porro Petrus Legatus Tolosanis, Narbonensibus aliisque Comitibus Montfortii hostibus, secreto a Censura absolutis, Tolosam, Narbonam, aliasque Hæreticorum urbes suo præsidio tuebatur; timebat enim, ne Ludovicus, Regis Franciæ, supremi totius Regionis Domini, filius na-

c. 82.

Z 2

tu



Sæcul. XIII. tu maximus, has urbes vel occuparet,  
 A. C. 1215. vel destrueret. Unde multi credebant,

adventum hujus Principis Legato haud  
 probari, qui dicebat: *Cum Regionem istam*  
*Hæresis infecisset, Rex Francia*  
*sæpe rogatus, ut eam ab hac lue pur-*  
*garet, id efficere omisit, quare, postquam*  
*modo Papa, Crucigerorum auxilium mu-*  
*nitus, has provincias in suam redegit*  
*potestatem, aequitati consentaneum esse*  
*mibi non videtur, ut Ludovicus, me in-*  
*vito, quidquam moliat, maxime qui*  
*tanquam Cruce signatus & pie peregre-*  
*nans venit.* Ludovicus, mitissimi inge-  
 nii Princeps, Legato respondit, nihil le-  
 præter ejus voluntatem & consilium  
 esse moturum. Attentus Lector in hoc  
 loco notabit Curia Romanæ consilia &  
 opinionem, subactas a Crucigeris mil-  
 libus Ditiones Papæ jure subijci.

Ludovico Principe, Valentia ad S. E-  
 gydium profecto, advenerunt Comes  
 Montfortius & Delegati Concilii Mon-  
 tispeffulani ad Papam, afferentes literas,  
 quibus Pontifex Comiti Montfortio cu-  
 stodiam omnium ditionum, quas Cru-  
 cigeri tenebant, committebat, quoad de  
 tanto negotio accurate decerneret Con-  
 cilium Generale, eodem anno mense  
 Novembri celebrandum. In Epistola  
 ad ipsum Comitem Montfortium data  
 hic Princeps insigni elogio exornabatur,  
 eum



eumque hortabatur Papa; in obsequio Sæcul. XIII.  
 Jesu Christi (hoc enim nomen bello in A.C. 1215.  
 Albigenſes dabatur) perseveraret, & ſignificabat, ſe cunctis Baronibus, Conſulibusque illarum provinciarum præcepiſſe, ut ei in omnibus, quæ ad pacem & fidem ſpectarent, obedirent. Ergo Petrus Legatus, ut mandata Pontificis exequeretur, cum haud diu poſt Carcaſſonæ cum Ludovico Principe verſaretur, Episcopis & Nobilibus viris, qui obsequii cauſa Principem, Regni Hæredem, ſequabantur, in ædes Episcopales convocatis, Montfortio Comiti, ibidem etiam præſenti, cuſtodiam illius regionis, uſque ad futurum Concilium univerſale, tradidit. Inde Tolofam ventum, cujus urbis mœnia dejecta. Tumque Ludovicus Princeps ceterique ſacri & peregrini milites, voto quadraginta dies militandi impleto in Franciam redierunt. Petrus quoque Beneventanus Legatus, cum ea, quæ ſibi mandata fuerant, effectui dediffet, Romam repetiit.

## §. XXXVII.

*Joannes Rex privilegia Anglorum confirmat.*

In Anglia poſt Natalem Domini anno *Math. Pav.*  
 ſalutis milleſimo ducentefimo decimo *an. 1215.*  
 quarto Regni Proceres, Londini colle-  
 Z 3 ti,



Sæcul.XIII.

A.C.1215.

Et, libertatem & privilegia sua, primum ab Eduardo Rege, & deinde ab Henrico primo concessa, a Rege Joanne confirmari petierunt. Quoniam affirmabant, ipsum, cum Wintonii a Censuris absolveretur, juramentum edidisse, quod ea conservaturus esset.

Rex Joannes, potentiam Procerum pertimescens, quos arma sibi illaturos non dubitabat, si intempestive resisteret, usque ad Octavam Paschæ inducias postulavit, quo temporis spatio de re tanta deliberaret, & nihil Regio fastigio indignum admitteret. Annuerunt Optimates, & tunc quidem discessum. Illo intervallo Rex Crucem, pie peregrinantium more, accepit, simulans se in Terram sanctam profectionem suscepturum esse, ut hostibus suis concessam Crucigeris immunitatem objiceret. In hebdomada Paschali, conveniunt Optimates armati, duo millia Equitum, sequente numerosiore peditum agmine, Stephano Langtonio Archiepiscopo Cantuariensi omnium, quæ agebantur consilio, etsi ipse a Regis latere non discederet. Die Lunæ post Octavam Paschæ, nempe vigesima septima Aprilis, anno 1215. mittit ad eos Rex Archiepiscopum, quæsiturum, quænam tandem Privilegia deposcerent. Ipsi, commentarium, in quo omnia conscripta erant, remittunt.

Quæ



Quæ cum recitari audiisset Rex, ira a- <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
 cerrime commotus, *multum bis debeo*, <sup>A.C 1215.</sup>  
 inquit, *quod non etiam Sceptrum & coro-*  
*nam sibi tradi exigant.* Jurejurando  
 deinde affirmavit, nunquam se eis liber-  
 tatem tam amplam concessurum, qua si  
 potirentur, ipse jam non Rex, sed sub-  
 ditorum mancipium, futurus esset.

Itaque Proceres, a Rege repulsi, electo  
 militiæ Duce Roberto, Gualterii filio,  
 quem exercitus Dei & sanctæ Ecclesiæ Præ-  
 fectum dicebant, bellum auspicantur, ac  
 non nullas Regias Arces occupant. Quin  
 etiam Londinum intrantes, vastissimam  
 urbem in suam potestatem redigunt, Do-  
 minica ante Ascensionem Domini, die  
 vigesima quinta Maji. Tuncque Regi, a  
 suis deserto, vix septem Equestris Ordini  
 viri fidem servarunt. Dissimulato  
 igitur immani odio, quo in rebelles ar-  
 debat, nuncios mittit, qui suo nomine  
 referrent; se, amore pacis impulsus,  
 Privilegia, quæ exoptabant, concessu-  
 rum. Tum dies ad colloquendum decima  
 quinta Junii præstituta. Illa Rex Joannes  
 Diploma edidit, quod memorata Pri-  
 vilegia complectebatur. In exordio  
 proficitur, se ista adhibito consilio Ar-  
 chiepiscopi Cantuariensis, septem Epi-  
 scoporum, Pandolphi Nuncii Apostoli-  
 ci, multorumque aliorum Optimatum,  
 quorum ibi leguntur nomina, indulisse.



Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

In primo capite agitur de Libertate Ecclesiarum, deditque Rex de hac re Chartam quoque separatam, in qua declaratur non obstante quacunque consuetudine, quæ hucusque in Anglia viguisset, Electionem Prælatorum tam in Ecclesiis Cathedralibus quam Regularibus deinceps liberam futuram esse, salvo jure Custodiæ Ecclesiarum & Monasteriorum vacantium, Regi debito. Promittit, se licentiam eligendi non denegaturum, & vult, ut si eam dare recusaret, iis tamen, quibus competit, jus sit electionem peragendi. Hanc Chartam, Ecclesiæ faventem, & speciatim editam, Papa deinde, data Bulla, confirmavit.

In ceteris Articulis, a Rege Joanne tunc concessis, de Feudis, de Silvis, aliisque similibus causis sæcularibus, nihil occurrit, quod non æquitate niti, & ad varios abusus tollendos, aptum videatur. Nihilominus brevi post pœnitentia subiit Regem, irritatum cavillationibus improborum, qui Principem obsidebant, & nequiter exprobrabant; jam præter nomen nihil Regis in eo reperiri, qui sponte turpis servitutis jugum admisisset. Ergo, iterum in furorem actus, lucem quam primo nascens aspexerat, maledicebat, ringebatur, bacillos dentibus comminuebat, & contractos projiciebat. Tum etiam clam mandata dedit, ad bellum  
contra



contra Proceres gerendum, & noctu in <sup>Sæcul. XIII.</sup> Insulam Vectem \* profugit, ubi aliquam- <sup>A.C. 1215.</sup>

diu latuit. Inde Pandolpho Subdiaco-  
no cum quibusdam sociis Romam misso, \* Wicht.  
a Papa petiit, ut a juramento, quo se  
nuper ad servanda privilegia obstrinxe-  
rat, absolveretur. Pandolphus, ejusque  
in hac Legatione comites, Papæ expo-  
suerunt; Barones Angliæ, commota in  
Regem seditione, privilegia justitiæ ad-  
versantia, & Dignitati Regiæ noxia, ex-  
torfisse. Addiderunt: *Vocatis ad se*  
*Delegatis rebellium frustra objiciebat*  
*Rex, Imperium Angliæ speciali jure Ec-*  
*clesiæ Romanæ esse subjectum, nec licere*  
*sibi, te inconsulto, res novas in regno suo*  
*statuere, tum interjecta Appellatione tu-*  
*tum se fore sub Sacræ Sedis præsidio spe-*  
*rabat. At Barones, sprete Apostolicæ*  
*Sedis auctoritate, Londinum urbem, Re-*  
*gni Caput, nefanda prodicione occupa-*  
*runt, & armati Regem suum ad confir-*  
*manda, quæ obtrudebant, privilegia, com-*  
*pulerunt. Simul his, Regis Legati Pa-*  
*pæ tradiderunt non nullos Articulos, ex*  
*illo Diplomate excerptos, quos causæ*  
*Regis maxime favere existimabant.*

## §. XXXVIII.

*Papa Privilegiis Angliæ adversatur.*

Papa memoratis Articulis attente per-  
lectis, supercilio in rugas contracto,  
Z 5 indi-



Sæcul XIII.

A.C. 1215.

indignans, quæ Barones Angliæ, inquit, dementia cepit? an Regem, Cruce signatum, præsidio Sedis Apostolicæ tutum, de solio pellere, & Regnum Romanæ Ecclesiæ proprium alteri conferre audeant? per Sanctum Petrum! istud facinus baud inultum auferent. Tum, Cardinalibus ad consilium vocatis, sententiam protulit hujusmodi: *Privilegia ista vi extorta sunt, spreto Rege, offerente, quod Baronibus suis satisfacere, aut Sacra Sedis judicio stare vellet. Quare concessionem hanc nullam & irritam dicimus ac efficimus. Regi sub pœna Excommunicationis prohibemus, ne eam servet, & Baronibus, ne ea utantur.* Hæc in Bulla, ad omnes Fideles directæ, & vigesima quarta Augusti, anno millesimo ducentesimo decimo quinto data, continentur. In alia Bulla, eadem die ad Barones data, præcipit Pontifex; hisce Privilegiis renunciarent, cum Rege in gratiam redirent, & Mandatarios ad Concilium Universale mitterent, ubi eis, quod salva justitia petere possent, indulgendum esse promittit.

ap. Math.  
p. 223.

At Barones, his literis insuperhabitis, bellum pertinaciter gerebant. Quo comperto, Papa omnes excommunicatos denunciavit, suamque sententiam Episcopum Wintoniensem, Abbatem Redingensem, & Pandolphum Subdiaconum,

num,



num, exequi iussit, data Epistola, in qua Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.  
conqueritur, Regem, rebellium armis  
pressum, ab Archiepiscopo ejusque Suf-  
fraganeis fuisse desertum, quod collusio-  
nis haud obscurum esset indicium. Tum-  
que adjicit: *Præclaros sane Patrimonii  
Ecclesiæ Romanæ custodes, & Christia-  
norum Cruce signatorum Defensores,  
Vab! Sacerdotes Saracenis pejores! qui  
illum Principem de Regno deturbare co-  
nantur, a quo plurimum auxilii, in Pa-  
lastina militantibus, obventurum esse  
sperabamus. Quare in nomine Dei O-  
mnipotentis omnes hosce Perturbatores  
Reipublicæ Anglicanæ eorum complices  
ac Fautores excommunicamus, & di-  
tiones ipsorum Interdicto Ecclesiastico  
subjicimus. Archiepiscopo vero & E-  
piscopis districkte præcipimus, ut senten-  
tiam nostram singulis Dominicis in to-  
to regno solemnî ritu denunciari cu-  
rent, ac nomine nostro cunctos subditos  
Regi suo contra seditiosos consilium &  
opem ferre jubeant. Si quis Episcopo-  
rum mandatum hoc nostrum exequi ne-  
glexerit, sciat, se ab omni officio Ec-  
clesiastico esse suspensum, sibi que subje-  
ctos ab obedientia, alias debita, abso-  
lutos.*

Mandatarii illi tres Archiepiscopum  
Cantuariensem adierunt, nomine Papæ  
jubentes, latam sententiam exequi. Ipse  
jam



Sæcul. XIII.

A. C. 1215.

jam navem conscenderat, Romam profecturus, & interfuturus Concilio; hinc inducias petiit, donec ad conspectum Pontificis pervenire potuisset, affirmans, sententiam contra Barones, suppressa veritate, fuisse impetratam, nec posse se eam promulgare, priusquam mentem Pontificis ex ipsius ore percepisset. At Mandatarii, potestate sua usi, Archiepiscopum ab ingressu in Ecclesiam & ab omni munere spirituali suspenderunt; qui humiliter se submittens, ut erat suspensus, Romam petiit. Tunc ergo Episcopus Wintoniensis & Pandolphus omnes Barones, qui Joannem e Regno ejicere tentarent, excommunicationis Censura constrinxerunt. Quia vero in Bulla Pontificis nemo singillatim nominabatur, nullus Baronum hujus sententiæ rationem habuit, nullus pro excommunicato se gessit.

## §. XXXIX.

*Statuta Scholæ Parisiensis.**Hist. univ.**to. 3. p. 81.**Launoi. de**var. Arist.**c. 4.*

Cardinalis Legatus, Robertus Cursonius, adhuc Parisiis versabatur, ubi jubente Papa ad reformandas scholas Statuta condidit, hoc exordio: *Nemo Parisiis artes doceat, nisi ad annum ætatis vigesimum primum pervenerit, & ipse annis saltem sex iisdem operam dederit. Quicunque docere postulans exam-*

*men*



men subeat secundum formam, in Scripto Sæcul. XIII.  
 Domini Petri Episcopi Parisiensis, de A.C. 1215.  
 Pace inter Cancellarium & Scholasticos,  
 contentam. Pro more autem in Scho-  
 lis Libri Aristotelis de Dialectica tam  
 antiqua quam nova explicentur. Præ-  
 legantur etiam duo Prisciani, aut saltem  
 eorum alter. In diebus Festis nihil aliud  
 explicetur, quam Libri Philosophorum,  
 Rhetorum, Mathematicorum, & Gram-  
 maticorum, vel, si voluerint, Libri de  
 Moribus, & quartus de Topicis. Libri  
 Aristotelis de Metaphysica aut Physica,  
 vel eorum compendium, vel quidquam  
 de Doctrina Davidis, Dinantii, Amalvi-  
 ci Hæretici, aut Mauricii Hispani, non  
 legantur.

Et infra de Theologis: Nemo Theo-  
 logiam doceat, nisi triginta quinque an-  
 norum vir, & nisi prius ad hanc scien-  
 tiam annis saltem octo incubuerit. Ne-  
 mo Parisiis ad tradendas Lectiones publi-  
 cas vel prædicandum recipiatur, nisi  
 quoad mores & scientiam approbatus  
 fuerit. Nullus pro Scholastico babeatur,  
 nisi certum Magistrum auscultet. Hæ  
 Constitutiones, in quodam Concilio Pro-  
 vinciali concinnatæ, mense Augusto an-  
 no millesimo ducentesimo decimo quinto  
 datæ sunt.

§. XL.



Sæcul. XIII.  
A. C. 1215.

§. XL.

*Concilium Lateranense IV.**ap. Rain.*  
1214. n. 8.*Sup. Lib.*  
LXXV.

Inter hæc Episcopi undique Romam ad Concilium Oecumenicum confluebant, si paucos excipimus, qui se, ex promptâ absentia causa, excusarunt. Horum ex numero fuit Andreas Rex Hungariæ, qui, literis ad Papam anno superiore datis, significavit, se omnia ad iter in Terram sanctam suscipiendum parare, ad quod voto jam diu edito obligaretur, animo vero constituisse, Hungariæ Custodiam & Regimen Archiepiscopo Strigoniensi, & quibusdam aliis Præsulibus, in quibus fiduciam posuisset, interim committere. Ceterum socios itineris accepturum esse Episcopum quinque Ecclesiarum, & Javarinensem, tum etiam Præpositum Albæ Regalis, jam diu voto sacrae profectionis obstructos. Hinc Papam rogabat, ut eos ab onere proficiscendi Romam, quo Bullæ vocabant, eximeret.

*Abb. Ursp.*  
*Es Math.**Par. an. 1213*

Huic Concilio interfuere Episcopi quadringenti duodecim, si duo Patriarchæ, Primates seu Metropolitæ septuaginta & unus adnumerentur. Quibus accesserunt tum Abbates tum Priores plus quam octingenti, cum magno numero Mandatariorum, quos absentes miserant. Advenerunt Legati multorum Principum



Principum, Friderici Regis Sicilia, ele- *Sæcul. XIII.*  
 cti Imperatoris, Henrici Imperatoris *A.C. 1215.*  
 Constantinopolitani, Regum Franciæ,  
 Angliæ, Hungariæ, Hierosolymæ, Cypri,  
 Arragoniæ, aliorumque Optimatum &  
 Urbium. Duo Patriarchæ Latini Ritus  
 erant, scilicet Gervasius Constantinopo-  
 litanus, & Rudolphus Hierosolymitanus.  
 Sede Constantinopolitana, ab obitu  
 Thomæ Morosini, anno millesimo ducen-  
 tesimo undecimo defuncti vacante, cum  
 Pelagius S. Sedis Legatus litem inter *Godef. mon.*  
 duos æmulos, Archiepiscopum Hera- *an. 1213.*  
 cleensem, & Parochum S. Pauli Vene- *Alber. an.*  
 tiis componere non potuisset, causam ad *1227.*  
 Papam detulit. Venerunt ergo Romam,  
 paulo ante initium Concilii, & Ponti-  
 fex, postquam utramque electionem nul-  
 lam declarasset, Patriarcham Constanti-  
 nopolitanum instituit Gervasium in Tu- *vit. ap. Boll.*  
 scia natum, qui hac Dignitate fulgens in- *8. Ar. to. 9.*  
 ter Concilii Patres sedet. *p. 774.*

Albertus, Acriæ exul, Titulum Pa-  
 triarchæ Hierosolymitani octo annis ges-  
 sit, muneri Episcopali sancte incumbens, *Hist. patr.*  
 vir ipsis Infidelibus venerabilis. Sed *Hieros. Bell.*  
 en! cum in Festo Exaltationis S. Crucis, *to. 14. p. 54.*  
 die decima quarta Septembris, anno mil-  
 lesimo ducentesimo decimo quarto, in  
 Ecclesia S. Crucis Acriæ inter solemnes  
 preces procederet, quidam, ex Diœcesis  
 Eporediensis ex Longobardia advena,  
 cujus



Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

cujus vitæ licentiam Patriarcha coercerat, sic percussum interfecit. Carmelita, quibus Regulam dedit, Alberti memoriam die octava Aprilis colunt. Alberto successit Rudolphus, cui, postquam uno non plus anno titulo Patriarchæ Hierosolymitani decoratus fuisset, Lotharius antea Archiepiscopus Pisanus subrogatus est. Patriarcha Latinus Antiochenus gravi morbo impeditus, quia ipse ad Concilium Lateranense venire non poterat, misit Episcopum Antaradensem seu Tortosensem, vices suas impleturum Patriarchæ Alexandrino quoque (quod de Melchita accipiendum esse existimo) in potestate Musulmannorum existenti, adesse non licuit, sed quemdam Diaconum, nomine Germanum delegavit. Patriarcha vero Maronitarum, qui sedente Lucio III. Pontifice ad sinum Ecclesiæ Romanæ redierant, ad Concilium Lateranense venit, ubi & fidem Catholicam & sanctos Ritus accurate edoctus, utrumque deinde a Gente sua servari curavit.

*Sup. lib.*  
*LXXIII.*  
*§. 46.*

*ep. ap. Bar.*  
*an. 1182. n. 4.*

Inter illos Principes, qui Legationem ad Concilium Universale adornarunt, fuit Fridericus Rex Siciliæ, Rex Romanorum Aquisgrani, in Festo S. Jacobi, vigesima quinta Julii, eodem anno millesimo ducentesimo decimo quinto, a Siegefrido Archiepiscopo Moguntino, Sacre

Sedis



Sedis Legato, coronatus, nam Sedes Co-  
loniensis, Theodorico deposito, vacans A.C. 1215.  
habebatur.

Illico, peracta coronatione, Fridericus votum peregrinandi in Terram sanctam edidit, ejusque exemplum Sigefridus Archiepiscopus, & Episcopi Leodiensis, Bambergensis, Passaviensis, Argentoratensis, ac complures alii Optimates & Principes secuti sunt. Exinde, Archiepiscopus Trevirensis, Coloniam delatus, cives hortatus est, ut Friderico Regi se se submitterent, atque operam jungente Duce Brabantia, persuasit. Die quarta igitur mensis Augusti solemniter Excommunicationis censuram solvit, & Interdictum, quibus Urbs Coloniensis uno anno & quinque mensibus, quod Ottoni Imperatori faveret, constricta fuerat. Otto vero Imperator, diu Coloniae versatus, tumque ab omnibus desertus, ex ea quoque urbe fugere compulsus fuerat. Ceterum eadem die, qua Interdictum sublatum, Fridericus Rex urbem intravit.

## §. XLI.

*Ecclesiae Toletanae Primatus.*

Uno mense ante Concilii exordium, videlicet die octava Octobris, Ro-  
dericus Chimenez Archiepiscopus Toletanus.  
*Hist. Eccles. Tom. XIX. A a ta-to. II. p. 235.*

MS. ap.  
Gars. de  
prim. Tolet.  
to. 5. Conc.  
p. 1637. &  
ta-to. II. p. 235.



Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

tanus causam Ecclesiæ suæ de Primatu in quatuor Archiepiscopatus Braccarensem, Compostellensem, Tarraconensem, & Narbonensem defendit, ut videlicet, si bene conjicimus, cuique eorum in futuro Concilio locus suus designari posset. Dixit vero, licentiam concedente Papa, in conclavi quodam Palatii Lateranensis coram Præsulibus, qui Concilio inter futuri Romam advenerant. Tum etiam argumenta sua, & superiorum temporum auctoritatem, cuilibet in lingua sua vulgari & patria, Italica, Germanica, Francica, Anglicana, Navarræ, seu Vasconum, & Hispana exposuit, quod omnibus prodigium post Apostolorum ætatem inauditum visum est. Ad muniendam Ecclesiæ suæ causam protulit Privilegia Pontificum, Honorii II. Gelasii II. Lucii II. Hadriani II. & Innocentii III. adjiciens, plures alios titulos sibi superesse. Tandem sententiam Cardinalis Hyacinthi, Alexandri III. Legati, pro Cerebruno Archiepiscopo Toletano contra Joannem Braccarensem latam recitavit. Ubi deinde Rodericus Toletanus contigit, Archiepiscopus Braccarensis, qui dicenti adfuerat, objecit, se, cum ad tractandam hanc causam modo Romam vocatus non fuisset, de ea respondere non posse, nec etiam Cardinalis Hyacinthi sententiam unquam ad notitiam suam pervenisse.

Sup. Lib.  
LXIX.  
§. 5. 39.

Rode-



Rodericus reposuit: *Sancte Pater!* <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
*nihil mirum, si Archiepiscopus Bracca-* <sup>A C. 1215.</sup>

*rensis se auctoritate tua citatum fuisse,*  
*& latam a Legato Sacræ Sedis senten-* <sup>Sup. Lib.</sup>  
*tiam, inficietur, cum olim Burdinus, e-* <sup>LXVI.</sup>  
*jus Antecessor, non solum seditionem in* <sup>S. 49.</sup>

*Ecclesiam Romanam commovere ausus sit,*  
*sed etiam Schismatis auctor extiterit.*

Mox totam Burdini Antipapæ narravit  
 Historiam, etsi in quibusdam falleretur,

nam Ottonem Imperatorem memorat,  
 ubi Henricus nominandus fuisset, & lo-

co Alexandri III. Papæ Callistum II. ad-

ducit. Sermonem clausit in hunc mo-

dum: *Si ex præsentibus aliquis verbis* <sup>Sup. Lib.</sup>  
*meis fidem adhibere hæsitat, attollat ocu-* <sup>LXVII.</sup>  
*los, & hanc ipsam historiam in pariete* <sup>S. 23.</sup>  
*hujus loci depictam intueatur. Illi leva-*

*tis oculis, quod Rodericus affirmabat,*  
*conspicientes, Doctrinam ejus & inge-*

*nium laudarunt. Sed ego, quid in rem,*  
*de qua tunc agebatur, nempe de Eccle-*

*siæ Toletanæ Primatu, seditio vel Schis-*  
*ma Burdini facere potuerit, non di-*

*spicio.*

Eadem die Archiepiscopus Compo-

stellensis in publico Consistorio dixit:

*S. Pater! adduci vix possum, ut credam,*

*Dominum Rodericum hæc serio postu-*

*lare, ac modo Ecclesiæ Toletanæ subjice-*

*re velle Ecclesiam Compostellensem, tam*

*antiquam quam nobilem, conditam & con-*



Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

*secratam honori S. Jacobi Apostoli, Domini Nostri Consanguinei, qui primus fidem in Hispania prædicavit, innumera-  
rabilem populi multitudinem ibi conver-  
tit, & cujus Corpus in eadem Eccle-  
sia quiescit. Respondit Rodericus: O  
me beatum! si nihil aliud præter hoc  
argumentum opponitur, causa vici. Ec-  
clesiæ Compostellensis antiquitatem obji-  
cis, quæ plus quam annos centum & no-  
vem non complectitur (dicendum fuisset,  
annos centum, novem demtis) nam Cal-*

Sup. Lib.  
LXVII.  
S. 36.

*listus Papa ille fuit, qui a Principe, Cle-  
ricis, & Hispaniæ populo rogatus, anno  
millesimo ducentesimo vigesimo quarto  
jus Metropoliticum antiquæ & celebra-  
rimæ civitatis Emeritanæ, nunc sub pot-  
estate Saracenorum oppressæ, transtulit,  
ut Devotionem Peregrinorum, Compo-  
stellam petentium, augetet, ubi S. Ja-  
cobi corpus sepultum creditur. Quippe  
usque in illud tempus modicum solummo-  
do oratorium stabat, ubi modo Ecclesiæ  
Compostellensis visitur. Sequitur, Ec-  
clesiam Toletanam esse antiquitate potio-  
rem, utpote ætate S. Eugenii, S. Pauli  
Discipuli, fundatam. Istud vero valido  
argumento probare opus fuisset. Tum  
Rodericus prosequitur: Si ipse Ecclesiæ  
sue nobilitatem ab invocatione S. Jacobi  
Apostoli trahit, Ecclesiæ Toletana nomen  
accepit a Sancta Maria Virgine, quæ  
eandem*

Sup. Lib.  
LXIX.  
S. 36.

Sup. Lib.  
XXXIX.  
S. 40.

*Si ipse Ecclesiæ  
sue nobilitatem ab invocatione S. Jacobi  
Apostoli trahit, Ecclesiæ Toletana nomen  
accepit a Sancta Maria Virgine, quæ  
eandem*



eam sua praesentia dignata est, cum se Sæcul. XIII.  
*S. Ildephonso hujus Ecclesiæ Archiepiscopo, Sanctum Sacrificium offerenti, conspicuam effecit. Si dicat Archiepiscopus Compostellensis, S. Jacobum omnium primam in Hispania fidem prædicasse, hanc rem testimonio roborare illorum est, qui in lectione Sacræ Scripturæ versati sunt. Ego vero aliud non legi, nisi potestatem prædicandi in Hispania ei datam fuisse, sed prius in Judæa & Samaria fidem denunciante, jubente Herode Rege, cervices fuisse amputatas.* A. C. 1215.

Nempe Rodericus nihil aliud, quam quod factum ex Scriptura scimus, lege- Act. 12. 2.  
 rat. Tum prosequitur: Quomodo ergo fidem prædicavit in Regione, in quam necdum venerat? non ego temere nega vero, S. Jacobi corpus Compostellæ servari, quamvis non nulli dicant, terræ mandatum fuisse Hierosolymæ, atque inde postea Constantinopolim translatum. At vero absit a me! ut ad stabiliendum Primatum meum dicam, Sanctæ Virginis Corpus, quod in Cælo existere firmissime credimus, unquam in Ecclesia Tolitana fuisse conditum. Potius membra a membris corporis mei abrumpi & avelli patiar, quam istud affirmem.

Hic dispicimus, quam firmas ab u- Sup. Lib.  
 niis Sæculi spatio radices egerit opinio, LXVII.  
 de Assumptione corporis Beatæ Virginis; §. 35.



Sæcul. XIII.

A.C. 1215.

*Guib. 1. de  
pign. &c. c. 3.**Sup. Lib.**XLVIII.*

§. 46.

*v. Tilm. to. 1.*

p. 630.

cum Guibertus Nogentiniensis asserat, id Ecclesiam ipsius ætate affirmare non aulam fuisse, sed tantum illud a Fidelibus credi non prohibuisse, Rodericus vero in facie totius Concilii Universalis fidem, de Beata Virgine assumpta in corpore, tanquam in Ecclesia receptam propugnet. At opinionem de corpore S. Jacobi, Compstellæ existente, non ante Sæculum nonum natam fuisse notavimus, quamvis hujus originis occasio ignoretur.

Episcopus Vici Ausonensis tam Archiepiscopi Tarraconensis, Metropolitæ sui, absentis, quam suo & Episcoporum Provinciæ suæ nomine respondit; Archiepiscopum Toletanum nec Primatem esse, nec ipsos ad ei obediendum ullo pacto teneri. Archiepiscopus Narbonensis, illa die absens, altera in publico Consistorio respondit; se quidem ad Concilium Oecumenicum, neutiquam autem ad pertractandam Primatus Toletani causam, Romam vocatum fuisse. Hæc die octava Octobris, anno millesimo ducentesimo decimo quinto, in Palatio Lateranensi acta. Innocentius Papa litteram non diremit, sed Archiepiscopos Toletanum & Braccarensem ante Festum Omnium Sanctorum, anno sequenti, Legatos suos, mandatis idoneis instructos, mittere jussit. Interim Roderico Archiepi-

*Honor. III.**ep. 4. & 5.**to. II. Conc.*



chiepiscopo concessit potestatem Legati <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
Sedis Apostolicæ in Hispania ad annos <sup>A.C. 1215.</sup>  
decem, atque etiam licentiam dispensan-  
di in natalibus nothorum trecentorum,  
quorum aliquos ad Ordines sacros ad-  
mitteret, aliis Beneficia, etiam cura a-  
nimarum adjecta, conferret, alios ad va-  
rias Dignitates eveheret. Præterea au-  
ctoritatem ei tribuit dispensandi in cau-  
sa quorundam, ob sacrilegia excommu-  
nicatorum, Irregularium, aut Concubi-  
natus convictorum. Ex his Lector  
facile judicabit, quibus vulneribus Eccle-  
sia Hispaniæ affecta fuerit.

## §. XLII.

*Fridericus II. Imperator.*

Inter Principum Sæcularium Legatos,  
in Concilio Lateranensi præsentis, a-  
derant Berardus Archiepiscopus Panor- <sup>Ric. S. Ger.</sup>  
mitanus, a Friderico Rege Siciliae, & qui- <sup>an. 1215.</sup>  
dam Mediolanenses, missi ab Ottone Im-  
peratore, qui se deinceps Ecclesiæ Ro-  
manæ obedientem futurum promittebat.  
Verum Marchio Montisferrati, causæ  
Friderici Regis Siciliae addictus, Medio-  
lanensibus se se objecit, affirmans, neuti-  
quam audiendos esse, cum Otto jusu-  
randum Ecclesiæ Romanæ favens vio-  
lasset, illas urbes, excommunicationis  
occasionem, adhuc dum retineret, &  
plura alia Ecclesiæ amicitia indignum

Aa 4

effic-



Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

ap. Rainald.  
1215. n. 38.

efficeret. Mediolanensibus speciatim exprobrabat, quod Excommunicatione innodati essent, utpote Ottonis Fautores, & quod Patarinos Hæreticos in urbe sua delitescere sinerent. Ad hæc Mediolanensibus acerbius respondentibus, convicia invicem jacta sunt; quod ubi Pontifex audivit, de Cathedra sua surgens, & silentium manu imperans, cum Clericis exiit. Nihilominus sub finem Concilii deinde Electionem Friderici Imperatoris confirmavit. Nam Fridericus securum reddiderat Papam, nunquam fore, ut Siciliae Regnum jungeret Imperio; quod dispicimus ex Literis patentibus, Argentorati prima die Julii hoc anno millesimo ducentesimo decimo quinto datis, & Bulla aurea munitis, in quibus Innocentio Papæ promittit, se, ut primum Imperator coronaretur, & potestate patria dimissurum filium suum Henricum, quem coronari jam jussisset, eique collaturum esse Siciliae Regnum, Ecclesiæ Romanæ Feudum, *Et hoc quidem pacto, inquit, ut nos exinde titulum Regis Siciliae non amplius usurpemus. Curabimus vero, Siciliam interim ex tuo consilio a viro eximio regi, usque dum Rex, filius noster, per aetatem populis moderari possit. Ne postquam, Dei Gratia, ad Imperatoris dignitatem pervenimus, jam Siciliae Regnum*



gnum Germanorum Romanorumque Im- Sæcul. XIII.  
perio accessisse videatur, si simul utrum- A.C. 1215.  
que teneremus. Ne etiam Sacra Sedis  
auctoritati, aut Successoribus nostris, qua-  
lecunque damnum inferatur.

## §. XLIII.

*Res Angliæ.*

Antequam Concilio daretur initium, *Matth. Par.*  
Regis Angliæ Mandatarii, scilicet *an. 1215.*  
Abbas Bellilocensis, duoque Equestris Or- *p. 229.*

dinis viri, Summi Pontificis conspectum  
subeuntes, Stephanum Langtonium,  
Archiepiscopum Cantuariensem, accu-  
sarunt, quod cum Baronibus Angliæ ad  
Regem de folio detrahendum conjuras-  
set, & postquam mandata Papæ accepis-  
set, rebelles Censuris Ecclesiæ ad offi-  
cium compellere iussus, nullam Papalis  
præcepti habuisset rationem. Tum-  
que ob contumaciam ab Episcopo Win-  
toniensi ceterisque Papæ Mandatariis  
suspensus, ita ut erat Censura ligatus,  
ad Concilium venire ausus fuisset. Ar-  
chiepiscopo erubescenti nihil, quod re-  
sponderet, superfuit; sed a Censura su-  
spensionis absolvi petiit, cui Papa indi-  
gnans: *Per S. Petrum! id facile non im-*  
*petrabis, postquam insigni injuria non*  
*Regem Angliæ modo sed etiam Eccle-*  
*siam Romanam læsisti. Hac de re no-*  
*bis cum Fratribus nostris deliberandum*

A a 5

est.



Sæcul.XIII. est. Ergo, Cardinalibus ad Concilium  
A.C.1215. vocatis, sententiam suspensionis contra  
 Archiepiscopum Cantuariensem latam  
 confirmavit, eamque Episcopis, ipsius  
 Suffraganeis, denunciavit, addito præ  
 cepto, ne ei, suspensione necdum subla  
 ta, in quacunque re obedirent. Hac  
 Epistola die quarta Novembris data.

Canonici deinde Eboracenses ad Pa  
 pam adduxerunt Simonem Langtonium,  
 Archiepiscopi Cantuariensis fratrem,  
 quem Archiepiscopum Ecclesiæ suæ e  
 legerant. At Papa, quod petebant, de  
 negavit, Electionem, contra suam volun  
 tatem peractam, nullam declaravit, Si  
 monem Episcopali fastigio indignum  
 prædicavit, atque Canonicos alium pro  
 tinus eligere iussit. Ipsi postquam de  
 liberassent, Gualterium de Grai Epi  
 scopum Wigornienssem postularunt, vi  
 rum, ut aiebant, singularis pudicitia;  
 nam Virginitatem servaverat. Quibus  
 Papa: *Per Sanctum Petrum! præclara  
 virtus est Virginitas. Quare virum  
 istum Archiepiscopum vobis damus.* Gual  
 terius igitur, accepto Pallio, in Angliam  
 reversus est, postquam in Curia Roma  
 na decies mille Sterlingorum libras, æ  
 alienum, contraxisset. Ceterum Gual  
 terius jam olim a Sede Lichfeldiensi ad  
 Wigornienssem translatus, Ecclesiæ  
 deinde



deinde Eboracensi annos prope quadraginta præfuit. Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

## §. XLIV.

*Pontificis Sermones.*

Concilium ergo Romæ in Ecclesia Patriarchali Lateranensi, alio nomine, Basilica Constantini, a die S. Martini, undecima Novembris, anno millesimo ducentesimo decimo quinto, usque ad Festum S. Andreæ diem ejusdem Mensis ultimam celebratum. Initium dedit In-  
to. II. Conc.  
nocentius Pontifex, pronuncians Ora-  
tionem, cui materiam delegit illa S. Scri-  
pturæ verba : *Desiderio desideravi hoc* Luc. 22. 15.  
*Pascba manducare vobiscum.* Tum ex-  
plicans vocem *Pascba*, quæ Transi-  
tum significat, triplicis generis distinguit tran-  
situm, nempe corporeum de uno loco  
in alium, qualem esse dicit Crucigero-  
rum profectionem in Terram sanctam.  
Transitum spiritualementem ab uno statu ad  
alium per Reformationem Ecclesiæ, &  
Transitum ad æternitatem, videlicet ex  
hac vita ad cœlestem gloriam. In hoc  
triplici transitu totum versatur sermo-  
nis argumentum; atque de primo dis-  
serens ait Pontifex : *En me! Fratres  
mei carissimi, totum me vestris relin-  
quo consiliis, nulla in me mora est, si  
id vobis probatur, Reges, Principes,  
populos ipse adibo, experiar, an Fideles  
meo*



Sæcul. XIII. *meo clamore excitare valeam ad pugnam*  
A. C. 1215. *dum pro Domino, & ulciscendum inju-*  
*riam Crucifixi, propter peccata nostra*  
*ejecti de terra sua & habitatione sua,*  
*quam acquisivit sanguine suo, & ubi cum*  
*est Redemptionis nostræ Mysteria explevit.*  
 Occasione Transitus spiritualis Pontifex  
 de Reformatione Ecclesiæ verba facit,  
 sed generatim, nullo vitio nominato, ita  
 ut nec utile nec dulce afferre videatur.  
 Sapientissime adhibet auctoritatem Sacra  
 Scripturæ, in sensu Allegorico, vel detor-  
 to acceptæ. Alio quoque tempore pu-  
 blice dixit Papa, ut conijcere est, sub fi-  
 nem Concilii, estque oratio illa exhor-  
 tatio ad emendandos mores, & ejusdem  
 ac prius memorata, pretii.

## §. XLV.

*Decreta de Fide.*

10. 11. Conc.  
p. 142.

Quæ authentica de Concilii Latera-  
 nensis Actis ad nos pervenerunt,  
 sunt ejus Decreta, Capitula septuaginta,  
 seu Canones complectentia, quos Con-  
 stitutio specialis de Expeditione pro re-  
 cuperanda Terra sancta sequitur. Om-  
 nia etiam in linguam Græcam in gra-  
 tiam Græcorum, Ecclesiæ Romanæ uni-  
 torum, translata sunt. Capitulum pri-  
 mum est Fidei Catholicæ expositio, Hæ-  
 reticorum illius ævi, scilicet Albigen-  
 sium & Waldensium, erroribus opposi-



ta. Unde in ea dicitur; quod unicus <sup>Sæcul. XIII.</sup> detur Deus, utriusque Creaturæ Condi- <sup>A. C. 1215.</sup> tor, Spiritualium & Corporalium Principium, & Auctor ipsorum Dæmonum, quos cum creasset bonos, propria deinde culpa mali effecti essent. Ita duo excluduntur Principia. Ad auctoritatem Veteri Testamento conciliandam, dicitur; quod idem & unus Deus Homini- bus salutarem Doctrinam per Moysen aliosque Prophetas tradiderit, & deinde Filium suum ex sinu Virginis nasci vo- luerit, ut nobis modo manifestiore viam vitæ ostenderet.

Tum Concilium addit: *Una vero est Fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur. In qua idem ipse Sacerdos & Sacrificium Iesus Christus. Cujus Corpus & Sanguis in Sacramento Altaris veraciter continen- tur, pane in Corpus, & vino in San- guinem potestate divina transsubstantia- tis. Et hoc utique Sacramentum nemo potest conficere, nisi Sacerdos, qui fuerit rite ordinatus, secundum claves Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis & eorum Suc- cessoribus Iesus Christus.*

Vocem, *Transsubstantiatio*, in hoc Canone consecratam, exinde semper Theologi Catholici adhibuerunt, ad si- gnificandam mutationem, quam Deus in Sacramento Eucharistiæ operatur, si- cut



Sæcul. XIII.  
A. C. 1215.

Sup. Lib.  
LXI. §. 22.

Sup. Lib.  
LXII. §. 18.

cut etiam vocem, *Consubstantialis*, in Concilio Niceno consecratam, ad Mysterium Trinitatis explanandum. At vero, bene notaveris, Lector, Ecclesiam omni tempore substantiæ mutationem credidisse. Quæ res ultimo loco in Scriptis Lanfranci & Guimundi contra Borengarium diserte asseritur.

Amplius in Concilio Lateranensi lo-  
gimus: *Sacramentum Baptismi*, ad invocationem individuae Trinitatis a quocunque in forma Ecclesiæ collatum, tum infantibus quam adultis ad salutem proficit. Si post susceptum Baptismum quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram penitentiam semper potest reparari. Non solum Virgines & Continentes, verum etiam conjugati, per eandem & bona Opera, Deo placentes, æternam Beatitudinem merentur pervenire. Hæc omnia adversus Albigen-  
sum corruptam doctrinam directa agnoscuntur.

#### §. XLVI.

#### *Error Joachimi Abbatis.*

c. 2.  
Lib. I. dist.  
5. 3.

In Capitulo secundo. Damnamus *Tro-  
statum*, quem Abbas Joachim contra  
Magistrum Petrum Lombardum edidit,  
de Unitate seu Essentia Trinitatis, ap-  
pellans ipsum Hæreticum & insanum,  
quod dixerit in suis sententiis, quamvis



summam Rem esse Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, nec generantem, nec genitam, nec procedentem. Unde Joachimus asserit, quod ille non tam Trinitatem, quam Quaternitatem in Deo admitteret, nempe tres Personas & illam communem Essentiam, & affirmat, unitatem Personarum non esse propriam & veram sed solummodo unitatis similitudinem, quemadmodum multitudo Credientium cor unum & anima una fuisse dicitur, & cum Iesus Christus de Filii-  
 delibus ad Patrem suum dicit: Volo Patres, ut sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus. Nos vero, inquit hic Innocentius Papa, Sacro & Universali Concilio approbante, credimus & confirmamur, quod una quædam suprema\* Res est, quæ est Pater, Filius & Spiritus Sanctus. Nec ideo in Deo Quaternitas inest, quia quælibet trium Personarum est illa Res, videlicet substantia, Essentia, seu Natura divina, quæ sola est universorum principium. Et infra: Isto tamen Decreto, in nulla re Monasterio Florensi, cujus ipse Joachimus extitit Institutor, derogari volumus, quoniam ibi salutaris Disciplina viget, maxime cum Joachimus mandaverit, omnia Scripta sua nobis assignari, Apostolica Sedis judicio approbanda seu etiam corrigenda, ac etiam per Epistolam, cui manu sua subscripsit, se  
 Fidem

Sæcul. XIII.  
 A.C. 1215.

Act. 4. 32.

Jo. 17. 22. 23

\* Divina  
 Essentia.



Sæcul. XIII. *Fidem Romanæ Ecclesiæ tenere professus*  
 A. C. 1215. *est.* Hæc Epistola Joachimi Abbatis ho-

*dieque extat, atque anno millesimo du-*  
*centesimo data est, quam loco testamenti*  
*sui ab omnibus haberi cupit. Tum Pa-*

*pa subjungit: Reprobamus etiam & da-*  
*mnamus Doctrinam Amalrici, cujus men-*  
*tem sic Pater mendacii excæcavit, ut*

*ejus Doctrina non tam Hæretica quam*  
*insana censenda sit. De Joachimo Abba-*

*te satis suo loco scripsisse mihi videor.*  
*Amalricus vero ille ipse erat Hæreticus,*

*ante annos octo decemve Parisiis da-*  
*mnatus.*

*Sup. Lib. LXXV. §. 40.*

*Sup. Lib. LXXVI. §. 55.*

## §. XLVII.

*Decretum contra Hæreticos.*

**I**n tertio Canone Concilii Lateranensis  
 Anathema dicitur omni Hæresi, quæ  
 Fidei Professioni, superius positæ, adver-  
 saretur, quocunque demum nomine illa  
 censeretur. Unde iterum ista Fidei ex-  
 positio illius ætatis erroribus objecta  
 fuisse cognoscitur. Concilium de hisce  
 Hæreticis subjungit: *Damnati sæculari*  
*potestati plectendi relinquuntur. Cleri-*  
*ci prius de gradu suo dejiciantur. Bo-*  
*na Laicorum ævario Principis addican-*  
*tur, Clericorum autem applicentur Ec-*  
*clesiis, a quibus stipendia perceperunt.*

*Qui inventi fuerint sola Hæresis su-*  
*spicione notari, nisi propriam innocen-*  
*tiam*



tiam congrua purgatione monstraverint, *Sæcul. XIII.*  
 anathematis gladio feriuntur, & si per *A. C. 1215.*  
 annum in excommunicatione perstiterint,  
 ex tunc velut Hæretici condemnentur.  
 Moneantur, & si necesse fuerit, per Cen-  
 suram Ecclesiasticam compellantur Po-  
 testates Sæculares, ad præstandum publi-  
 ce juramentum, quod ex terris suæ ju-  
 risdictioni subjectis universos Hæreticos  
 ab Ecclesia denotatos pro viribus pulsuri  
 sint. Si Dominus sæcularis, ab Ecclesia  
 monitus, terram suam ab hoc fæditate  
 Hæretica purgare neglexerit, sententia  
 Metropolitæ & ceterorum Episcoporum  
 Provincialium excommunicationis vin-  
 culo innodetur; si intra annum satisfac-  
 cere contemserit, res ad Summum Ponti-  
 ficem deferatur, qui ex tunc ejus Vasal-  
 los a Fidelitate denunciaret absolutos, &  
 terram exponat occupandam Catholicis,  
 ut eam exterminatis Hæreticis quiete  
 possideant, & in Fidei puritate conser-  
 vent, salvo jure Domini & Principes,  
 dummodo ipse hoc Decretum exequenti-  
 bus non obsistat. Hic Ecclesia in Jura  
 Potestatis Sæcularis involare videtur;  
 sed memorem oportet esse Lectorem,  
 quod Concilio Lateranensi interfuerint  
 multorum Principum Legati, qui nomi-  
 ne Dominorum suorum his Decretis  
 consensum præbebant.



Sæcul. XIII.

A.C. 1215.

Tum iterum Concilium: Catholicis, qui assumpta Cruce ad Hæreticos exterminandos se accinxerint, illa gaudeant Indulgentia, quæ in Terræ sanctæ subsidium proficiscentibus concessa est. Hæreticorum quoque Credentes, Receptatores & Fautores excommunicationi decernimus subjacere, ita ut si notati satisfacere contemserint intra annum, ex tunc ipso jure babeantur infames, ad publica officia, vel consilia, ad eligendos Præfectos, non admittantur, nec Testamentum condendi babeant facultatem, nec ad Hæreditatis successionem accedant. Nullus Hæretico in judicio respondere teneatur, ipse autem aliis respondere cogatur. Quod si forte Judex sit, ejus sententia nullam obtineat firmitatem, nec ulla causa ad ejus forum deferatur. Si fuerit Advocatus, ejus patrocinium nullatenus recipiatur. Si sit Tabellio, instrumenta per ipsum confecta nullius penitus sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur. Si Clericus fuerit, omni Officio & Beneficio privetur. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia denotati fuerint, non evitaverint, & ipsi excommunicationis sententia usque ad satisfactionem idoneam percellantur. Clerici bis Ecclesiastica Sacramenta petentibus non exhibeant, nec etiam sepulturam. Nec eleemosynas nec oblationes co-



rum accipiant. Alioqui deponantur; Sæcul. XIII.  
 Regulares autem suis in illa Diœcesi pri- A.C. 1215.  
 vilegiis non fruuntur. Quia vero non  
 nulli sub specie Pietatis sibi ipsis vindi-  
 cant auctoritatem prædicandi; omnes,  
 qui, nec a Sacra Sede nec a Catholico E-  
 piscopo missi, Prædicationis Officium si-  
 ve publice sive privatim usurpare præ-  
 sumserint, excommunicationis vinculo in-  
 nodentur, & nisi resipuerint, alia e-  
 tiam competenti pœna plectantur. Er-  
 ror iste Waldensium erat, dicentium,  
 omnis Laici, atque etiam mulierum of-  
 ficiū esse fidem prædicare, quod nobis  
 Reinerius, qui exinde post annos qua- Rein. 5 p. 58.  
 draginta scripsit, testatum facit.

Prosequitur Concilium: Quilibet  
 Episcopus per se, aut per suum Archi-  
 diaconum, aut per alios viros honestos bis  
 aut saltem semel in anno propriam paro-  
 chiam, in qua fama fuerit Hæreticos  
 habitare, circumeat, & ibi tres vel plu-  
 res integerrimæ vitæ viros, vel etiam,  
 si expedire videatur, totam viciniam ad  
 jurandum compellat, quod si quis ibi-  
 dem Hæreticos sciverit, vel aliquos oc-  
 culta conventicula celebrantes, seu a  
 communi conversatione Fidelium vita  
 & moribus dissidentes, eos Episcopo velit  
 indicare. Ipse autem Episcopus ad se  
 convocet accusatos, qui nisi se ab objecto  
 reatu purgaverint, vel si postea in pri-  
 stinam



Sæcul. XIII. A.C. 1215. *stinam sint relapsi perfidiam, Canonice puniantur. Si qui vero ex eis juramenti Religionem obstinatione damabili respuentes jurare forte noluerint, ex hoc ipso tanquam Hæretici reputentur. Superius notavimus, Lector, errorem Albigenſibus proprium fuiſſe, quod juramentum omnis generis damnaverint. In fine hujus Decreti Excommunicationem Papa & Depositionem his comminatur Episcopis, qui in expurgando de ſua Diœceſi Hæreticæ pravitate fermento negligentes fuerint & remiſſi.*

## §. XLVIII.

*Decretum de Græcis.*

*In ſequenti Canone de Græcis, Eccleſiæ Romanæ reconciliatis, agitur. Declarat Papa, quod mores ac ritus eorum, quantum in Domino poſſet, ſuſtinere vellet. Illos tamen damnat, qui Latinos uſque adeo averſabantur, ut Alcaria, in quibus Latini Presbyteri ſacrificaverant, tanquam inquinata lavarent, & baptizatos ab iis auſu temerario rebaptizarent. Statuit deinde, ut ſi quis tale quidquam præſumerit, excommunicationis mucrone percuſſus ab omni Officio & Beneficio Eccleſiaſtico deponatur.*



In compluribus regionibus diversa- Sæcul. XIII.  
 rum linguarum populi, permixti dege- A. C. 1215.  
 bant, atque in una civitate vel in una  
 Diœcesi non solum in moribus sed etiam  
 in Cæremoniis ad Religionem spectan-  
 tibus differebant. Ista variarum gen-  
 tium multitudo collecta reperiebatur  
 Constantinopoli & in tota Romania, ubi  
 Latini Græcis juncti versabantur. Tum  
 etiam in Oriente, videlicet Antiochiæ,  
 Tripoli & Ariæ, ubi Latini Syris, Græ-  
 cis, Armenis juncti habitabant. Ne igitur  
 ex varietate linguarum & Rituum  
 inter Christianos, eamdem Fidem profi-  
 tentes, oriretur perturbatio, Concilium  
 statuit, ut Episcopi in sua Diœcesi viros  
 idoneos deligerent, qui singulis gentibus  
 Officium divinum decantarent, Sacra-  
 menta administrarent, ac quemlibet pro-  
 modo Rituum suorum & linguæ instrue-  
 rent. Prohibet vero Synodus, ne uni ei-  
 demque Diœcesi duo dentur Episcopi, tan-  
 quam uni corpori duo capita, unde mon-  
 strum efficeretur. Sed Episcopus Vica-  
 rium sibi Catholicum, & penitus subje-  
 ctum constituat, qui alterius Ritus Fide-  
 libus ministret. *Si quis aliter se ingesse-  
 rit, excommunicationis se noverit mu-  
 crone percussus; at si nec sic resipuerit,  
 ab omni Ministerio Ecclesiastico depona-  
 tur, adhibito, si necesse fuerit brachio sæ-*  
c. 9. c. quo-  
 niam 14. de  
 Offic. Jud.

B b 3

culari,



Sæcul. XIII. *culari, ad tantam insolentiam compo-*  
A.C. 1215. *scendam.*

## §. XLIX.

*Jurisdictio Ecclesiastica.*

*Distin. 22. c. In Concilio Lateranensi quatuor Patriar-*  
*renovantes. 6* *charum ordo & prærogativæ expo-*

nuntur, atque primo loco nominatur  
 Constantinopolitanus, tum Alexandri-  
 nus, Antiochenus & Hierosolymitanus.  
 Articulus iste ex Gratiano excerptus est,  
*Conc. Trul. c. 36. Sup. rat, non attendens, Concilium istud fæ-*  
*Lib. 40. n. 54.* tim ab Ecclesia Romana fuisse rejectum.

Sed, Constantinopoli a Latinis capta,  
 haud gravate Papa huic Ecclesiæ primum  
 post Sedem Romanam locum concede-  
 bat. Præterea Concilium de Patriarchis  
 addit: *Postquam a Romano Pontifice*  
*receperint Pallium, præstito fidelitatis*  
*& obedientiæ juramento, & ipsi suis Suf-*  
*fraganeis Pallium largiantur, a quibus*  
*sibi & Ecclesiæ Romanæ professionem o-*  
*bedientiæ exigant. Crucis vexillum*  
*ante se jubeant ubique deferri, nisi in Ur-*  
*be Romana, & ubicunque Summus Pon-*  
*tifex præsens extiterit, aut ejus Lega-*  
*tus Apostolicæ Dignitatis Insignia ad-*  
*hibens.*

*In omnibus autem provinciis, eorum*  
*jurisdictioni subjectis, ad eos, cum ne-*  
*cesse fuerit, provocetur, salva Appellatio-*  
 na



ne, ad Sedem Apostolicam interposita. *Sæcul. XIII.*  
 Nuspiam in hunc usque locum legi, qua- *A.C. 1215.*  
 tuor Patriarchas Pallium a Papa acce-  
 pisse; Verum Innocentius de privile-  
 giis Patriarcharum Latinorum, quales  
 duo Concilio intererant, pro suo arbi-  
 trio libere decernebat.

Præterea Constitutionem confirmat  
 Pontifex, qua Patriarchæ & Metropoli- *c. 6.*  
 tani singulis annis provincialia Concilia *c. sicut olim.*  
 celebrare jubebantur. Quod ut valeat *25. de Accus.*  
 efficacius adimpleri, & abusus tolli, per  
 singulas Dioceses negotium committi  
 vult viris providis & piis, qui in errores  
 toto anno accurate inquirent, & ad Con-  
 cilium futurum omnia comperta refe-  
 rant. Hi etiam, quæ statuta fuerint, ob-  
 servari curent, & in Synodis Episcopo-  
 rum nota faciant. Capitula Cathedra-  
 lia, quæ de consuetudine Canonico- *c. 7.*  
 rum vitia corrigere solent, id intra termi- *c. irrefrag.*  
 num ab Episcopo præfigendum præstent, *13. de Off-*  
 quod si neglexerint, ipse Episcopus cor- *Jud.*  
 rigit. Notatu hic dignum, quod Canon  
 iste nec de exemptione, nec de privile-  
 gio, sed solum de consuetudine mentio-  
 nem faciat.

Canon subsequens modum docet, *c. 8.*  
 quo Prælatus superior non solum priva- *c. qualiter*  
 torum sed etiam Præpositorum, se mino- *quando 24.*  
 rum, crimina plectat. Statuitur, fama *de Accus.*  
 publica accusatoris vices obeunte, Supe- *extra.*



Sæcul. XIII. riori ex officio suo inquirendum esse, il-  
 A. C. 1215. lum vero, in cujus facta inquit, oportere esse præsentem, nisi forte dilapsus

Forma Judi- contumaciter absit. Judex accusato ca-  
 dicii Eccle- pita communicet, de quibus inquisitu-  
 siastici, rus est, ne defendendi se facultas ei de-  
 sit. Tum non solum ea, quæ testes ex-  
 posuerunt, sed etiam ipsorum testium  
 nomina aperiatur, ac etiam rei exceptio-  
 nes & defensionem legitimam recipiat.  
 Hic ego secundum usum Franciæ nostræ  
*Informationem* dico, quod Textus Juris  
 Canonici Inquisitionem appellare solet.  
 In eodem Canone subjungitur; tribus  
 modis agi in Judicio Criminali, nempe  
 assertur accusatio, quam præcedere de-  
 bet accusantium professio scripto data,  
 tum sequitur Denunciatio accusati, post-  
 quam ex lege caritatis monitus fuerit,  
 & Inquisitio, si fama crimen vulga-  
 verit.

In fine additur, non esse necessarium,  
 ut ista forma tam accurate in causa Re-  
 gularium fervetur. Ceterum Canon  
 iste celeberrimus est, exinde formæ Ju-  
 dicialis in causis criminalibus non solum  
 in foro Ecclesiastico sed etiam in foro  
 civili & sæculari fundamentum. Quod  
 accusatio Judici scripto tradi debeat, ex  
 jure Romano acceptum est, ut dispici-  
 mus ex quadam Codicis Theodosiani  
 lege, quæ, de verbo ad verbum eundem  
 falsæ

c. 1. 9. C. Th.  
 de accus. Eu-  
 tych. ep. 2. c. 1  
 to. 1. Conc.  
 p. 919.



falsa Decretali inserta, inde in Decre-  
tum Gratiani translata est. Hæc cri-  
minanti poenam talionis inferebat. Ad-  
monitio ex caritate præscripta, doctrina  
est nobis in Evangelio tradita.

Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

2 q. 8. c. quis-  
quis tertio.  
Matt. 18. 15.

In alio Canone enumeratio omnium  
Actorum Judicialium, quæ illius ævi  
consuetudo introduxerat, reperitur. Non  
nunquam perversus Judex, Reo appel-  
lante, omnia, quæ agenda erant, præsti-

c. 38.  
c. quondam,  
extra de  
probat.  
junct. Glossa.

tisse se affirmabat, etsi aliqua maximi  
momenti omisisset, idque innocens liti-  
gator probare non poterat, quia, quod  
factum non est, directe demonstrari non  
est possibile. Quare in Concilio statui-  
tur; Judex semper adhibeat virum, pu-  
blica auctoritate constitutum, qui uni-  
versa Judicii Acta conscribat, videlicet  
citationes & dilationes, recusationes &  
exceptiones, petitiones, responsiones  
(id est defendentis se argumenta) inter-  
rogationes, confessiones, testium depo-  
sitiones, instrumentorum productiones,  
interlocutiones, appellationes, renun-  
tiationes, conclusiones & reliqua. O-

Carrones.

omnia competenti ordine adnotanda; lo-  
cus, tempus, personæ designentur, &  
omnia sic conscripta Partibus tradantur,  
at originales chartas Notarii servant.  
Ut modus ponatur Appellationibus, pro-  
hibetur, ne quis ante latam Judicis sen-  
tentiam appellet. Causa appellandi co-

c. 35.  
c. ut debitus  
39. extra de  
Appell.

B b 5



Sæcul. XIII.

A. C. 1215.

c. 36.  
c. cum cessan-  
te 60. ibid.  
c. 48. c. cum  
spec. 61. eod.

c. 37. c. non  
nulli 28. ex-  
tra. de re-  
script.

c. 18. c. sent.  
9. ex. Ne  
Cler. vel  
Monach.

ram eodem Judice exponatur, & hujus-  
modi sit, ut si rei veritas idoneis argu-  
mentis probetur, legitima haberi debeat.  
Si Judici superiori causa appellandi fi-  
vola visa fuerit, ad Judicem inferiorem  
remittat appellantem, atque ad sumtus  
refundendos compellat. Judici senten-  
tiam interlocutoriam, quam protulit,  
retractare liceat, etiamsi contra retra-  
ctationem appellatum fuerit. Causare-  
cusationis coram ipso Judice, uni Parti  
suspecto, exponatur, ac deinde per ar-  
bitros dirimatur. Ob Appellationem  
temerariam, post Canonicam admoni-  
tionem, ubi crimen notum est, iudicium  
non differatur. Nemo petat a Papa li-  
teras, quibus ei liceat Partem adversam  
in locum, a Diocæsi ejus bidui itinere  
distantem, vocare. Nemo etiam Sacre  
Sedis mandata alterius Partis, hujus rei  
insciæ, nomine obtineat, quod si quis  
impetraverit, falsi convictus habeatur.

Clerici non præsumant proferre sen-  
tentiam, qua poena cruenta dictatur, nec  
quod in reum decretum fuerit exequan-  
tur, nec id exequentibus adsint, nec ul-  
las literas scribant spectantes ad actum,  
quo sanguis humanus funditur. Pres-  
byteris, Diaconis, & Subdiaconis non  
liceat manus admoveere, ad opera artis  
chirurgicæ, ubi ferrum vel ignis adhi-  
benda sunt. Nempe tunc temporis soli  
Cleri-



Clerici Medicinæ operam dabant. Nul-  
lus Presbyter aquæ vel ferro candenti  
ante Probationem supersticiosam bene-  
dicat.

Inde dispicimus, hunc morem nec-  
dum penitus fuisse abolitum. Viri Ec-  
clesiastici Jurisdictionem suam, læso pot-  
estatis sæcularis jure, non extendant.  
Contra autem Principes nullam Con-  
stitutionem, spiritualibus Ecclesiæ juri-  
bus adversam, promulgent.

Prohibetur in eodem Concilio, ne  
quis Prælatus quemcunque, nisi Canoni-  
ce, testibus præsentibus, antea monitum  
excommunicet; alioqui excommuni-  
cans ab ingressu ad Ecclesiam, unius  
mensis spatio, arceatur. Qui se injuste  
excommunicatum crediderit, querelas  
suas ad Judicem superiorem deferat, qui  
eum ad priorem & inferiorem Judicem  
remittat absolvendum, aut, si in mora  
periculum sit, ipse eum, accepta cautio-  
ne, absolvat. Si idonea argumenta  
monstraverint, excommunicationis sen-  
tentiam injuste fuisse latam, ille qui eam  
protulit, damnum illatum resarciat, &  
lucrum cessans restituat, alias etiam pœ-  
nas, pro reatus gravitate daturus. Si  
vero conquerens in probatione succum-  
bat, omne damnum, quod exinde priori  
Judici emerfit, resarciat, & aliam quo-  
que pœnam, ut Superiori videbitur, su-  
stineat,

*v. extra de  
purg. vulg.  
c. 42. c. 44.*

*c. cum Laic.  
17. extra de  
reb. Eccles.  
alien.  
c. 47.*

*c. Sacro. 48.  
de sent. ex-  
com.*



Sæcul. XIII.  
A. C. 1215.

stineat, tumque causam excommunicationis, contra se latam, tollat, aut eadem censura iterum innodetur. Quod si iudex, propriam culpam agnoscens, latam a se sententiam revocare velit, & ille, in cuius gratiam lata est, appellet, superior Appellationis rationem non habeat, sed excommunicatum absolvat.

Nullus Superior vel quemquam excommunicet vel absolvat, avaritiæ causa, præsertim in illis regionibus, in quibus excommunicato, cum absolvitur, multa injungitur. Si ergo quis demonstraverit, se fuisse injuste excommunicatum, Iudex excommunicans ad restitutionem multæ in duplum compellatur. Hujusmodi multarum, absolutioni adjunctarum, exempla superius occurrerunt.

Sup. Lib.  
LXXIV.  
§. 46.  
LXXVI.  
§. 44.

§. L.

*Theologus, & Pœnitentiarius.*

c. 10.  
e. inter. cat.  
15. de off.  
jud. ord.

Sæpe contingit, pergit Concilium, quando Episcopi Verbum Dei populo per se ipsos ministrare non valeant, præsertim si ampliores Dioceses sint, sive quod ipsi variis negotiis occupentur, sive infirmitatibus corporis, sive hostium incursumibus, aliisve obstaculis impediuntur, ne dicamus, scientiæ requisitæ defectu, qui nunquam tolerari debet. Quare sanctum



cinus, ut Episcopi viros idoneos ad san-  
 ctæ Prædicationis officium assumant, qui  
 plebes sibi commissas vice ipsorum visi-  
 tent, si per se id nequeant, easque verbo  
 edificent & exemplo. His, si indigeant,  
 Episcopi suppeditent, unde sustententur.  
 Porro in Capitulis tam Cathedralibus  
 quam Collegiatis viri apti constituantur,  
 qui ita Episcopos non solum in  
 Prædicatione, sed etiam audiendo pœni-  
 tentium confessiones, & cetera, quæ ad  
 pœnitentiæ administrationem spectant,  
 præstando adjuvent. Concilium Latera-  
 nense, Alexandro III. S. Petri Cathedrali  
 tenente, anno millesimo centesimo se-  
 ptuagesimo nono, celebratum, decre-  
 verat, in qualibet Ecclesia Cathedrali  
 Magistrum Canonorum numero ad-  
 scriptum esse oportere, qui gratis disci-  
 pulos doceret, & cui Beneficium susten-  
 tationi necessariæ congruum conferre-  
 tur. Quia vero piissimum institutum  
 in compluribus Ecclesiis executioni non  
 fuerat datum, Innocentius III. in Con-  
 cilio anno millesimo ducentesimo deci-  
 mo quinto istud confirmat, additque,  
 non solum in Ecclesiis Cathedralibus,  
 sed etiam in aliis, ubi facultates suppe-  
 terent, a Capitulo deligendum esse Ma-  
 gistrum, qui sine pretio Grammaticam,  
 aliasque scientias, quibus ipse instructus  
 fuerit, tradat. Ecclesiæ autem Metro-  
 poli-

Sæcul. XIII.  
 A. C. 1215.

c. 18.  
 Sup. Lib.  
 LXXIII.  
 §. 21.

c. II. Quia  
 non null. 4.  
 de Magist.



Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

politica Theologum habeant, qui Presbyteros sensum S. Scripturæ, & præcipue quæ ad regimen animarum pertinent, edoceat. Cuilibet Magistro unius Præbendæ redditus destinentur, quos, quamdiu scholæ præfuerit, percipiat, quin tamen ideo Canonorum numero adscribi debeat.

§. LI.

*Electio & Ordinatio.*

c. 23.  
c. Ne pro  
defect. 41. de  
elect.

c. 24.  
c. Quia  
propt. 42.

De Electionibus Concilium ista statuit: Episcopatus vel Abbatia ultra tres menses non vacet. Alioquin illi, quibus jus eligendi competebat, hac vice priventur jure suo, idque devolvatur ad proximum Superiorem, qui intra tres menses Sedi vacanti Præfulem dare teneatur, atque si fieri possit ex ejusdem Ecclesiæ gremio virum, Capitularibus suis ad consilium adhibitis. Electionis forma duplicis generis est per Scrutinium vel per Compromissum. Si eligentes modo primo uti velint, Congregatio ex gremio suo viros tres nominet, qui suffragia omnium privatorum secreto collecta & conscripta illico omnibus promulgent, ut ille eligatur, de quo major vel sanior pars Capituli consenserit. Electio per Compromissum tunc fit, cum quibusdam viris eximii potestas nomine omnium eligendi confertur.

Quæ



Quæcunque alia eligendi forma declaratur nulla, nisi forte omnes eundem virum, quasi adspirante Deo, sibi Prælatum cooptent. Nullus suffragium suum per procuratorem det, nisi ob grave negotium legitime absens. Quamprimum vero electio peracta est, solemni ritu denunciatur.

Electio, intercedente abusu potestatis secularis peracta, ipso jure nulla sit. Hujusmodi electus & consentiens nullum jus acquirat, sed omni futura electione indignus habeatur; eligentes vero ad triennium ab omni Officio & Beneficio suspensi, & hac vice potestate eligendi privati sint.

*Nihil est, quod Ecclesiæ Dei magis officiat, inquit hic Innocentius Papa, quam quod Prælati indigni ad Regimen animarum vocentur. Volentes igitur huic morbo necessariam adhibere medicinam, irrefragabili Constitutione sancimus, quatenus is, ad quem electi confirmatio pertinet, diligenter examinet & electionis modum & personam electi, sicque, si omnia Canonice acta sint, ei Confirmationis munus impendat. Si vero de confirmantis negligentia constiterit, nempe quod hominem non sufficientis scientiæ, vel inbonestæ vitæ, vel ætatis illegitimæ approbaverit, non solum potestate primum illius Successorem confirmandi*

Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

c. 15.  
c. quisquis  
43. eod.

c. 26.  
c. nihil est. 44.  
eodem.



Sæcul. XIII.

A.C. 1215.

*mandi careat, sed etiam a perceptione proprii Beneficii suspendatur. Si vero convictus fuerit, quod mala fide indignum confirmaverit, graviore subiacet ultioni.*

*Praelati, Romano Pontifici immediate subiecti, ad accipiendam officii sui confirmationem, ejus conspectum subeant, si commode possint, vel viros mitant idoneos, qui Papam omnia necessaria edoceant. Si sint valde remoti, videlicet extra Italiam constituti, ex dispensatione in spiritualibus & temporalibus administrent; Munus vero Consecrationis seu Benedictionis, ut bene tenus consueverunt, recipiant.*

*c. 27.  
e. cum sit art.  
14. de æt. &  
qual. ordin.*

*Concilium  
Lateranen-  
se IV.*

*9. ep. 33. ap.  
Rainald.  
1206. n. 36.  
c. un. de  
scruti.*

*\* Orenzo*

*Episcopis curæ sit, ut nemo ad Dignitates Ecclesiasticas aut Ordines sacros admittatur, nisi qui suo munere rite fungatur, & qui possit, cumque Ars Artium sit Regimen animarum, districte præcipit Pontifex, ut Episcopi tum per se ipsos, tum per viros aptos, illos, quos Presbyteros ordinaturi sunt, tam in celebrandis divinis Officiis, quam in Sacramentorum administratione erudiant; satius est enim, maxime in Ordinatione Sacerdotum, Ecclesiam paucos bonos, quam multos malos habere Ministros. Annis abhinc aliquot Innocentius Papa Episcopo Auriensi\* in Galacia, se consulenti, quid sentiendum esset de testimonio Archie*



Archidiaconi affirmantis, illos quos or- Sæcul. XIII.  
A. C. 1215.  
dinandos offert, dignos esse, responde-

rat, sufficere, si Archidiaconus reclama-  
nte propria conscientia non loquatur,  
quia non absolute asserit, ordinandos  
esse tanto fastigio dignos, sed solummo-  
do quantum in armitas humana permit-  
teret hominem ab homine cognosci,  
cum ipse teneretur credere dignum,  
quem non sciret indignum. Ex eo di-  
spicimus, quam necessarium fuerit, istud  
in hoc Canone definire. Tum Conci-  
lium prosequitur: Episcopi Beneficia non  
nisi viris dignis conferant, atque annua-  
tim de hac re in Concilio Provinciali  
inquisitio fiat. Præsul, qui bis monitus

*c. 30.*

*c. Grave ni-  
mis. 29. de  
Præb.*

non resipuerit, in Concilio a collatione  
Beneficiorum suspendatur, quam censu-  
ram solus Papa aut Patriarcha tollere  
valeat. Canonorum filii, maxime spu-

*c. 31. c. ad.*

*abol. de fil.  
Præb.*

rii, in eadem cum parentibus suis Ec-  
clesia Canonici esse non possint. Con-  
firmatur Decretum superioris Concilii  
Lateranensis, contra plura Beneficia pos-  
sidentes, quod hucusque vix a quoquam  
fuerat servatum. Et præcipitur, ut qui-

*c. 29. de mul-*

*ta 28. de*

*Præb. Conc.*

*Lat. III. c. 13*

cunque habens Beneficium, cum anne-  
xa cura animarum, & alterum, etiam  
curatum, simul acceperit, ipso jure, prio-  
re Beneficio privetur, quod si retinere  
pertinaciter tentaverit, utroque careat.  
Collator primum Beneficium alteri libe-

*Hist. Eccles. Tom. XIX.*

C e re



Sæcul. XIII. re tribuat, & si ultra tres menses moras  
A. C. 1215. trahat, jus conferendi ad Superiorem  
devolvatur. Sacra Sedes autem viros

aut natalibus suis aut scientia eminentes  
ab hac Regula eximere poterit. Non  
nullis Patronis, omnes prope Parochia-  
rum redditus usurpantibus, tam pauci  
Presbyteris Titularibus supererant, ut  
hujusmodi Ecclesiarum curam non nisi  
Clerici valde rudes in se suscipere-  
rent. Hinc in Concilio decernitur, Parochia-  
sustentationem congruam, non obsta-  
te quacunque consuetudine contraria,  
assignandam esse. Parochus in Ecclesia

*c. 32.*  
*Extirpanda* sua per se ipsum non per vicarium mi-  
*30. de prab.* nistret, nisi ejus Parochia conjuncta sit  
Præbendæ vel Dignitati, ita ut in ma-  
jore Ecclesia servire teneatur. Quocaso  
existente habeat Vicarium perpetuum,  
qui de censibus parochiæ partem con-  
gruam accipiat. In hoc Canone origo  
Portionis congruæ deprehenditur.

*12. ep. 141.*

Græci Decimasolvere non solebant,  
quod cognoscimus ex Epistola Innocen-  
tii III. Papæ, ad Patriarcham Latinum  
Constantinopolitanum anno millesimo  
ducentesimo nono datam, in qua ei li-  
centiam ipsos ad id præstandum Censu-  
ris Ecclesiasticis cogendi tribuit. Syri  
quoque & ceteri Orientis populi Deci-  
mas nesciebant; unde cum Latini his  
permixti degerent, non deerant, qui in-  
dige-



digenis agros suos excolendos commit-  
terent, ut a Decimis pendendis libera-  
rentur. Hanc ergo fraudem Concilium  
damnat. Illud quoque statuitur, ut De-  
cimæ ante omnes alios census & pen-  
siones percipiantur, tanquam divini &  
universalis Domini in res omnes argu-  
mentum. Confirmatur Constitutio Mo-  
nachorum Cisterciensium, qua, non ob-  
stantibus eorum privilegiis, decimas a-  
grorum, antea huic oneri subditorum,  
quos in posterum acquirerent, dare ju-  
bentur. Atque Concilium hanc regu-  
lam ad omnes alios viros Regulares, si-  
milibus privilegiis gaudentes, extendit.  
Præter alios errores, dicebant Walden-  
ses, non esse dandas Decimas.

§. LII.

*Eucharistia. Pœnitentia.*

De Sacramentis Concilium statuit in  
hunc modum: Omnis utriusque  
sexus Fidelis, postquam ad annos  
discretionis pervenerit, solus proprio  
Sacerdoti omnia peccata sua fideliter  
confiteatur, saltem semel in anno, & in-  
iunctam pœnitentiam adimpleat. Qui-  
libet etiam saltem ad Paschale tempus  
Eucharistiæ Sacramentum suscipiat, nisi  
forte de consilio proprii Sacerdotis, non  
sine causa, ad tempus ab ejus perceptio-  
ne duxerit abstinendum; alioquin & vi-

C c 2

vans



Sæcul. XIII.

A C. 1215.

vens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana sepultura careat. Si quis vero alieno Sacerdoti sua peccata confiteri voluerit, licentiam prius obtineat a proprio, cum alter ipsum non possit solvere vel ligare. Canonem isto antiquiorem novi nullum, quo Confessio Sacramentalis statuto universalis præcepta fuerit, sed illa Ecclesiæ ætate eam præscribendi causa errores Albigen- sium & Waldensium de Sacramento Penitentiae extiterunt.

*Ermegard.*

c. 14.

Albigenses, se remissionem peccatorum sine Confessione & satisfactione, sola adhibita Cæremonia, quam *Solamen* appellabant, recipere putabant. Erat vero hic Ritus, manuum impositio, quam peragebat aliquis illorum, quos ipsi Prepositos, Episcopos aut Diaconos, atque communi quodam nomine ordinatos, dicebant. Is, lotis primum manibus, & libro Evangeliorum singulorum capituli imposito, septies *Pater noster*, tumque initium Evangelii S. Joannis recitabat.

*Rainer. c. 5.*

Ipsi hoc Solamen necessarium ad salutem credebant, ac ad delenda omnia peccata sufficiens, nullius autem roboris, si ipse manus imponens peccato illigatus fuisset. Waldenses quoque affirmabant, præstare peccata sua confiteri bono Laico, quam malo Sacerdoti, quod



quod iste nequiquam potestatem absol- Sæcul XIII.  
vendi, ille vero haberet. Præterea di- A C. 1215.  
cebant, se per impositionem manuum  
peccata remittere & Spiritum Sanctum  
dare. Ceterum Clerici omnes huic ge-  
neri Hæreticorum contemtissimi erant.

Sacerdos proprius, de quo in hoc Ca-  
none mentio fit, ille ipse sine dubio est, *Conc. Paris.*  
de quo Concilium Parisiense, ante annos *c. 12. an. 1212*  
tres celebratum, loquitur, videlicet Pa- *v. Math.*  
rochus, Alienus autem, alterius Ecclesiæ *Paris. c. 12.*  
Parochus aut quicumque alius Sacerdos *an. 1212.*  
dicitur. Si viros Regulares Mendican-  
tes spectemus, vix tunc in lucem pro-  
dierant, eorumque Regulæ necdum pu-  
blice erant approbatæ. Tum prosequi-  
tur Concilium: Sacerdos sit discretus  
& cautus, cum pœnitentiam administrat.  
Diligenter inquirat in peccatoris & pec-  
cati circumstantias, unde intelligat, quid  
consilii pœnitenti suggerere, & cujus-  
modi remedium malo adhibere debeat.  
Caveat autem omnino, ne verbo vel si-  
gno vel alio quovis modo prodatur ali-  
quatenus peccatorem, sed si ipse pru-  
dentioris consilio indigeat, caute & sine  
ullo personæ indicio id requirat; quo-  
niam qui peccatum, in pœnitentiali ju-  
dicio sibi detectum, revelare præsumse-  
rit, non solum a Sacerdotali officio de-  
ponatur, sed etiam ad agendam perpe-  
tuam



Sæcul. XIII. tuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudatur.  
A.C. 1215.

*De consec.*

*ast. 2. et si 10.*

*4. sent. dist.*

12.

c. 5.

*Sous le nom.*

*de Pie. de*

*Blois serm.*

*16. edit. Bu-*

*sec 1600.*

*freq. com.*

*p. 465.*

De præcepto Communionis Paschalis, Regula, a Gratiano & Magistro sententiarum relata, statuebat, ut Laici saltem ter in anno communicarent, nisi magnis criminibus impedirentur, videlicet in Paschate, in Pentecoste, & in Natali Domini nostri. Quæ Regula expromta erat ex quodam falso Decreto Fabiani Papæ, seu potius ex Concilio Turonensi, regnante Carolo Magno, anno octingentesimo decimo tertio, celebrato. Verum more per teporem & algorem Christianorum introducto, plerique non amplius nisi ad Festa Paschalia Sacram Communionem petebant. Id nobis quidam illius ævi Scriptor, sive Petrus Comestor, sive Petrus Blesensis insit, testatum facit. Itaque Concilium Lateranense, edito hoc Canone, nihil aliud egit, quam quod se mori, antea in Ecclesia tolerato, accommodaverit. Necessario autem Christiani ad recipiendam Eucharistiam obligandi erant, ut discernerentur ab Albigenisibus & Waldensibus, hoc Sacramentum spernentibus. Illud vero hic notabis Lector, Communionis quidem annuæ, sed non Confessionis tempus esse determinatum. Idem Petrus Comestor, peccatorum confessionem



tionem ineunte Quadragesima peragen- Sæcul. XIII.  
A. C. 1215.  
dam fuisse, literis tradidit (\*).

Concilium præterea præcipit, ut in c. 20.  
Statuimus I.  
de custod.  
Evcha.  
omnibus Ecclesiis sacrum Chrisma &  
Evcharistia in arcula clausa, cujus cla-

Cc 4 vem

(\*) Ad hoc Concilium Caveus, Scriptor  
Anglus, præter alia dicit: *Innocentius anno  
millesimo ducentesimo decimo quinto celebravit  
Generale Concilium Lateranense, in quo mon-  
strum Transubstantiationis figmentum inter Fi-  
dei Articulos reposuit, & Principes quoscunque  
Christianos Hæresi vitiatos, vel Ecclesiæ Roma-  
næ immorigeros dignitate sua deponendos esse  
decrevit.* Sed utrumque Caveus perperam af-  
firmat. Nam de Evcharistiæ Sacramento nihil  
aliud statuitur, quam Christianis, gravi pecca-  
to non impeditis, circa tempus Paschale singu-  
lis annis ad Sacram Communionem acceden-  
dum esse. Nec opus fuit, tunc primum Trans-  
substantiationem & realem Christi præsentiam  
articulis Fidei inferere, utpote Doctrinam ex  
Sacra Scriptura probatam & primitivæ Eccle-  
siæ fide stabilitam. Verba autem: *Monstrum  
Transubstantiationis figmentum*, sunt hominis  
Calvinistæ, Charitatem Christi & Omnipoten-  
tiam Dei in Mysterio Evcharistiæ secundum  
angustos cerebelli proprii limites metientis.

Illud quoque falsum, quod dicat Innocen-  
tium Papam Principes quoscunque Christianos  
Hæreticos vel Ecclesiæ Romanæ immorigeros  
Digni-



Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

c. 22. Cum  
infirm. 13.  
de pœn.

venit solus Presbyter teneat, custodiat, ne iis aliquis ad maleficia abuti possit. Medicis etiam præcipitur, nisi ab ingressu Ecclesiæ excludi velint, ut, antequam remedium contra morbum corporis adhibeant, ægrotantes moneant, Sacerdotem Confessarium vocandum esse.

### §. LIII.

#### *Matrimonium.*

Cum Concilium perpendisset, multa nasci incommoda ex angustia limitum, quos Ecclesia Christianis tum consanguineis tum affinibus, matrimonium in iuris, posuisset, utrumque impedimentum restrinxit. Consanguinitas usque ad septimum gradum extendebatur, statuitque Concilium, ut ultra quantum non amplius esset matrimonii impedimentum. Tria genera propinquitatis seu affinitatis, eodem gradu complectentia, matrimonio obstabant; & primum genus impedimenti erat inter maritum, & propinquos uxoris ejus ac

Dignitate sua deponendos esse decreverit, qui solummodo de Comite Tolosano & Comite Foxiensi sermo est, de quibus Decretis prædenter notat Fleurius, non solius Papæ iussu sed accedente Regum Principumque sæcularium consensu edita fuisse.



reciproce, secundum oriebatur inter ma-  
ritum, & propinquos primi mariti uxo-  
ris suæ, & tertium inter secundum ma-  
ritum & propinquos primi mariti. Con-  
cilium; secundo & tertio affinitatis ge-  
nere sublato, solummodo primum, tan-  
quam matrimonii impedimentum, ser-  
vari jubet. Petrus Blesensis, de simili  
causa interrogatus, Constitutionem  
Concilii anteverterat, dicens, neutiquam  
se eo adduci posse, si casus existeret, ut  
matrimonium, in tertio affinitatis ge-  
nere contractum, dirimendum esse pro-  
nunciaret; quod crederet, hoc impedi-  
mentum soli scholæ originem suam de-  
bere, & inventum esse tanquam reme-  
dium, ad disciplinam facilius conservan-  
dam aptum; nihil in veteri vel novo  
Testamento de secundo & tertio affinita-  
tis genere occurrere, sed utrumque ex  
Constitutionibus Canonicis argumen-  
tando fuisse erutum.

Matrimonia clandestina damnantur,  
atque ut remedium malo afferat, Con-  
cilium quorundam locorum consuetu-  
dinem legem universalem esse vult, &  
præcipit, ut nuptiæ antequam ineantur,  
publice in Ecclesiis a Presbyteris denun-  
cientur, posito termino, intra quem im-  
pedimenta Canonica exponi possint.

Inter illas Regiones, in quibus jam  
ante Concilium Lateranense sponsalia  
denun-

Sæcul. XIII.

A.C. 1215.

c. 50.

non debet. 8.

de consang.

Gloss. in d.

c. 8.

Cujac. ad 1.

15. ff. de rit.

nupt. in Pa-

pin. ep. 115.

v. 35. q. 2. de

propinq. 3.

c. 51.

cum inhib. 3.

de clandest.

despon.

Cum in tua

27. de spon-

sal.

Cc 5,

denun-



Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

denunciabantur, notatur Francia; quod ex Epistola Innocentii Papæ III. ad Episcopum Belvacensem data perspicimus. His addit Concilium: Qui sponsalia clandestina, etiam in gradu licito contraxerint, pœnitentia iis injungatur, & Presbyter, qui interfuerit, ad triennium suspendatur.

c. 32.  
Licent. 47.  
de test.

Propinquitas sanguinis inter illos, qui matrimonium contrahere cupiebant, illo ævo sæpissime per testes probabatur, & tales admittebantur in matrimonii causa, qui tantum audita ab aliis referebant, quia homines adeo ætate procreti inveniri non poterant, qui testes præsentibus usque ad tertiam generationem superessent. Hinc Concilium, impedimento illorum graduum abrogato, morem quoque istum abolet, & in causa nuptiarum non nisi testes præsentibus admittit.

#### §. LIV.

#### *Viri Religiosi.*

5. ep. 386.

In multis Monasteriis, atque etiam in talibus, quorum fuisset virtutum exemplo aliis præluere, Disciplina Regularis pæne collapsa erat. Innocentius Papa primo Pontificatus sui anno, data ad Abbatem Montis Cassini, tunc purpurea Cardinalitia fulgentem, Epistola, maxi-



maximum dolorem professus est, quod <sup>Sæcul. XIII.</sup> Monachi Domus Cassinensis, unde exor- <sup>A.C. 1215.</sup>  
 ta S. Benedicti Regula per totum terra-  
 rum orbem fuisset propagata, in eam vi-  
 tæ licentiam prorupissent, quæ bonis  
 omnibus horrorem incuteret. Expro-  
 brat huic Cardinali Pontifex, quod, bo- <sup>5. ep. 82. cum</sup>  
 na temporalia augendi cupiditate abstra- <sup>ad mon. 6.</sup>  
 ctus, emolumentum spirituale hujus <sup>de stat. mon.</sup>  
 Monasterii negligeret, & hortatur, ut a  
 se ipso exorsus totam Congregationem  
 serio reformet. Cum Papa ad Mona-  
 sterium Sublacense, haud procul Roma  
 distans, se contulisset anno millesimo  
 ducentesimo duodecimo, ubi Ordo S. Be-  
 nedicti sua quasi incunabula nactus est,  
 & dissolutum cognovisset Regulæ vigo-  
 rem, credidit, teneri se remedium adhi-  
 bere, editaque amplissima Constitutio-  
 ne, prohibuit Monachis, ne ullo vesti-  
 mento lineo uterentur, aut carne, nisi in  
 domo infirmorum essent, vescerentur.  
 Precepit, ut silentium semper in Eccle-  
 sia, in Refectorio, & in Dormitorio ser-  
 varetur. Variis officiis in Monasterio  
 Præfecti solerter deligerentur, munus  
 vero injunctum non perpetuo, quoad  
 viverent, tenerent, sed ad nutum Supe-  
 rioris amoveri possent. Inprimis in il-  
 la Epistola monachis inculcat; fugien-  
 dum esse vitium proprietatis, & decla-  
 rat, paupertatem ita eorum Regulæ esse  
 anne-



Sæcul. XIII. xam, ut non Abbati modo sed etiam  
 A.C. 1215. Papæ dispensandi potestas nulla sit.

Innoc. XV.  
 144. 193.

16. ep. 6.

Ordo Cluniacensis quoque annis ab-  
 hinc ducentis florentissimus ceciderat,  
 cujus rei documentum est, Prioris Mo-  
 nasterii de Caritate in Abbatem Clunia-  
 censem seditio, ex qua bellum monasti-  
 cum externum ortum est, triennio cir-  
 citer priusquam Concilium Lateranense  
 inchoaretur. Quare Papa anno mil-  
 lesimo ducentesimo decimo tertio, da-  
 tis ad Capitulum Generale Cluniacense  
 literis, Abbates hortatus est; summo  
 studio incumberent ad reformandos mo-  
 res monachorum suorum, qui jam sua a-  
 varitia, ambitione & vitæ licentia tan-  
 tum Fidelibus, dato scandalo, nocerent  
 quantum olim bono profuissent exem-  
 plo. Multo peior erat facies monaste-  
 riorum illorum, quæ nulla Capitula Ge-  
 neralia celebrabant.

c. 12.  
 in singul. 7.  
 de stat. mo-  
 nach.

Ut his malis mederetur Concilium  
 statuit: in quolibet Regno vel Provin-  
 cia, ubi Abbates aut Priores Capitula  
 Generalia celebrare non solent, ejusmo-  
 di Conventus post elapsum triennium  
 semper agant. Sub hac initia duos Ab-  
 bates ex Ordine Cisterciensi ad Conven-  
 tus suos Generales advocent, qui, cum  
 ejusmodi Capitulis jam diu adsueta sint,  
 Benedictinos sua scientia & consilio ju-  
 Cluniacenses vare possint. In his de morum corre-



atione & Disciplina Regulari tractetur. Secul. XIII.  
 Quæ semel decreta fuerint, inviolabili A. C. 1215.  
 jure & nulla concessa Appellatione omnes obligent, & locus sequentis Capituli celebrandi indicatur. Cuncta autem salva Episcopi Diocesani auctoritate fiant. Nempe illa ætate pauca adhuc dum Monasteria ab Episcoporum Jurisdictione exempta erant. Concilium adjicit: In Capitulo Generali viri idonei deligantur, qui Summi Pontificis nomine & auctoritate omnia provinciæ monasteria, etiam feminarum invisant, ac in iis, quod videbitur, reforment, & emendent. Si judicent, Superiorem alicujus Monasterii necessario deponendum esse, moneant Episcopum, qui si officio suo desit, rem ad Sacram Sedem deferant. Episcopis autem curæ sit, Monasteria sua Diocesis ita a vitiiis purgare, ut Visitatores supervenientes nihil amplius corrigendum inveniant. Canonici Regulares Capitula sua celebrent, & reliqua, quæ continentur in hoc Decreto, ut Monachi, salvo tamen suo Instituto, exequantur.

*Ne nimia Religionum (id est Ordinum Religiosorum) diversitas perturbationem in Ecclesiam invehat districkte prohibemus, inquit Concilium, ne nova instituta excogitentur; sed quicumque Religionem se addicere voluerit, aliquam*  
*Regu-*

c. 13.

Ne nimia  
de relig.  
dom.



Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

*Regulam ex iis, quæ jam ab Ecclesia approbata sunt, suscipiat.* Prohibemus etiam, ne Abbas plura regat Monasteria, aut Monachus in pluribus Monasteriis locum suum habeat. Nempe Cellæ Monasticæ ad modum Beneficiorum Ecclesiasticorum conferebantur. Ceterum quod in prima hujus Canonis parte, licet sapientissime, statuebatur, utque adeo neglectum fuit, ut exinde longe plures virorum Religiosorum societates, quam in superioribus Sæculis omnibus, natæ & receptæ fuerint.

v. c. I. de  
relig. dom.  
in 6.

Jord. M. S.  
c. 20. & c.  
Theod. lib. I.  
c. 12.

ap. Sur.  
4. Aug.

Fulco Episcopus Tolosanus, cum ceteris Episcopis ad Concilium Lateranense veniens, adduxit S. Dominicum, cui ardentissimo pro salute animarum zelo junctus erat. Crediderunt, occasionem sibi opportune natam esse, qua Papæ consilium exponerent, quod cepissent, Ordinem Prædicatorum instituendi, idque humili mente & congrua submissione petierunt. Haud diu antè, cum Episcopi iter ad celebrandum Concilium Lateranense corripere, duo viri Tolosani, meritis insignes, alter Petrus Cellanus nomine, alter Thomas, totos se se S. Dominico addixerant. Petrus Viro sancto ejusque sociis pulcherrimas ædes, quas Tolosæ habebat, donavit, videlicet primum virorum hujus Instituti Domicilium. Fulco vero Episcopus, confen-



consentiente suo Capitulo, iisdem sex. <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
 tam partem Decimarum suæ Diocæsis <sup>A.C. 1215.</sup>  
 adscripsit, unde tam libros, quam alia  
 vitæ subsidia sibi compararent. Ponti-  
 fex suavit Dominico; ad Fratres, quos  
 collegerat, rediret, cum iis de eligenda  
 sibi Regula jam approbata deliberaret,  
 & promisit, si postea ad Sedem Roma-  
 nam reverteretur, Ordinis sui confirma-  
 tionem impetraturum esse. Dominicus  
 consilium Papæ, Decreto Synodi consen-  
 taneum, amplexus est.

## §. LV.

*Reliquiæ & Collectores.*

Non nullis Reliquiæ venales erant;  
 quare eas omnium oculis expone-  
 bant, non sine Religionis contemptu.  
 Concilium ergo prohibet, ne antiquæ  
 Reliquiæ ex oculis suis protractæ mon-  
 strentur, aut emporibus offerantur. Illis  
 vero Reliquiis, quæ recentior inveniren-  
 tur, nullus cultus publicus exhibeatur,  
 nisi prius Papali auctoritate approbata  
 fuerint. <sup>c. 62.</sup> *Præsules, inquit Concilium, Cum ex eo. 2*  
*non amplius permittant illos, qui ad eo- de reliq.*  
*rum Ecclesias causa venerationis acce-*  
*dunt, vanis figmentis, aut falsis decipi*  
*documentis, ut in plerisque locis occasio-*  
*ne quæstus fieri consuevit.*

*Eleemosinarum Quæstores, quorum Cum ex ep.*  
*aliqui alios se, ac sunt, mentiuntur, & 14. de pœnit.*  
 erro-



Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

*errores in sua prædicatione proponunt, admitti, nisi Apostolicas vel Diocesanas Episcopi literas veras exhibeant, prohibemus. Tumque illis, præter id quod in ipsis continebitur literis, nihil populo prædicare liceat. Jam hujusmodi licentiarum forma sequitur, in quibus excitantur Fideles ut, ad sustentandum Fratrum & egenorum illuc confluentium Hospitium, de bonis sibi a Deo collatis pias eleemosynas & grata eis Caritatis*

Sup. LXVI  
lib. §. 18.

*subsidia erogent. Tum prosequitur Concilium: Qui autem ad quærendas eleemosynas mittuntur, modesti sint & discreti, nec in tabernis aut locis aliis minus congruis hospitentur, non inutiliter faciant sumtus, nec habitu viros Religiosos se simulent. Notavimus annis abhinc centum ante hoc Concilium, morem circumferendi Reliquias per provincias varias jam tunc fuisse introductum, sicque magnam eleemosynarum vim fuisse collectam. Ceterum ista Concilii constitutio de Quæstoribus postea extra curam fuit, namque hanc abusum adhuc ultra annos trecentos invaluisse legimus. Tum iterum Concilium: Ad hæc, quia per superfluas indulgentias, quas quidam Ecclesiarum Prælati re non satis pensata, concedunt, & claves Ecclesiæ contemnuntur, & penitentialis satisfactio enervatur, decernimus*



mus, ut cum dedicatur Basilica, non ex-  
tendatur Indulgentia ultra annum, sive  
ab uno solo sive a pluribus Episcopis de-  
dicetur. In anniversario deinde Dedi-  
cationis tempore, aut quibuscunque aliis  
ex causis, quadraginta dies de injunctis  
penitentiis indulta remissio non excedat,  
cum ipse Romanus Pontifex, Ecclesiam  
consecrans, hoc moderamen observare con-  
sueverit. Nempe jam tunc incommoda  
ex nimia Indulgentiarum copia nascitura  
Pontifex prospiciebat.

§. LVI.

*Simonia.*

Ubi de Simonia agitur, Concilium su-  
terioris Concilii Lateranensis De-  
creta confirmat, & primo damnat Epi-  
scopos, qui pro consecratione Episcopo-  
rum, Fratrum suorum, Benedictione Ab-  
batum & Ordinatione Clericorum pe-  
cuniæ persolvendæ summam statuerant,  
atque hanc turpitudinem per consuetu-  
dinem longo tempore observatam de-  
fendere nitebantur. *Præterea audi-  
mus, inquit Pontifex, de quibusdam E-  
piscopis, quod, decedentibus Ecclesiarum sicut  
Rectoribus, ipsas Interdicto subijciant,  
nec patiantur alios parochos institui, do-  
ne ipsi certa pecunia detur. Contra  
parochi pro sepultura, pro nuptiis, aliis  
que suis ministeriis pecuniam exigebant,*  
*Hist. Ecclesiast. Tom. XIX. Dd quod*

Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

Conc.  
Lat. III.  
7. 10.

Sum. lib.  
LXXIII.  
§. 21.

Conc.  
Lat. IV. c. 63  
39. de  
Sim. c. 63.

Contra  
41. eod.



Sæcul. XIII.

A. C. 1215.

c. 66.

Ad Apost. 42.

eod.

quod Concilium heri deinceps prohibetur. Non nulli vero Laici, pietatis specie, laudabilem consuetudinem bonorum suorum partem per donationem Ecclesiis tribuendi abrogare conabantur; quod omnino a perversis principibus Hæreticorum, nempe Waldensium & Albigensium proficiscebatur, qui nihil Ecclesiis, nihil Clericis donandum clamabant. Vult ergo Concilium, ut Sacramenta gratis conferantur, sed etiam Episcopi, causa cognita, illorum auidiam reprimant, qui nequiter nullum non lapidem movebant, quo pias consuetudines abolerent. A Simoniaci vicio præcipue Moniales revocantur, quoniam, inquit Concilium, *labes ista bas ita infecit, ut vix puellas sine pretio recipiant in sorores, & avaritiam pallio paupertatis tegant. Statuimus igitur, ut quæcunque hanc pravitatem admiserint, ex monasterio suo expulsa, in locum arctioris Regulæ ad agendam perpetuo penitentiam detrudantur. Maximum enim est Simoniaci crimen. Hoc etiam a Monachis & aliis Regularibus decernimus observandum.*

## §. LVII.

*Alia Concilii Universalis Decreta.*

Ultimi Concilii Lateranensis Canones ad Judæos spectant, ac præter alia præ-



præcipitur, ut aliquod in vestibus suis <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
indiciū habeant, quo a Christianis di- <sup>A. C. 1215.</sup>  
scernantur, pro more in quasdam pro- <sup>c. 68.</sup>  
vincias jam ante investo. Ceterum ple- <sup>in nonnull.</sup>  
risque hujus Concilii Decretis diutius <sup>15. de jud.</sup>

immoratus sum, utpote inter Canonistas  
celeberrimis, quibus Disciplina Ecclesia-  
stica, exinde observata, superstructa est,  
quamvis addita non nunquam verba ex-  
cipientia & restringentia ad eludendam  
eorum vim occasionem præbuerint.  
Cum Papa huic Concilio, sicut etiam tri-  
bus aliis universalibus, antea in Latera-  
no celebratis, per se ipsum præfuerit, in  
hoc ultimo Decreta omnia ipsius nomi-  
ne eduntur, clausula tamen quibusdam  
adjecta: *Sancto Concilio approbante*, quæ  
verba primo occurrunt in Concilio III.  
Lateranensi. Porro hac clausula decla-  
ratur, Decretis sine consensu & appro-  
batione Concilii, Ecclesiam Universa-  
lem repræsentantis, plenam auctorita-  
tem defuturam esse.

*Concil. III.  
Lat. c. i.*

Concilii Canones sequitur Decretum  
speciale de Sacra Expeditione, in quo  
dies, ad colligendas omnes copias, pri-  
ma mensis Junii, proximum sequentis,  
id est, anno millesimo ducentesimo de-  
cimo septimo, indicitur. *Tunc ergo,*  
*inquit Pontifex, quibuscunque mare trans-*  
*mittere animus fuerit, convenient in*  
*Regnum Sicilia, alii ad Brundisium, alii*

D d 2

ad



Sæcul. XIII. ad Messaniam ubi & nos, Deo annuen-  
A.C. 1215. te, adesse constituimus. Qui terrestri

itinere profecturi sunt, eadem die ac-  
cingantur, ad quos Legatum idoneum  
*Sup. n. 16.* de nostro latere mittemus. Tum in

hoc Decreto eadem Clausulæ legantur,  
quæ in Bullis de Bello sacro, speciatim  
in illa, quæ anno millesimo ducentesimo  
decimo tertio edita est, quibusdam ad-  
ditis. Prohibetur, ne Christiani cum  
navibus suis in oris & portibus Sarace-  
norum ultra quatuor annos versentur,  
ne vectoribus in Europam redituris oc-  
casio & opportunitas desit. Ludis Es-  
questribus se exercere annis tribus non  
liceat. Pax quoque servari saltem an-  
nis quatuor per totum orbem Christia-  
num præcipitur, addita comminatione,  
quod pacis perturbatores non solum  
Censuris Ecclesiasticis, sed etiam vi  
potestatis sæcularis ad obediendum com-  
pellendi essent.

*to. II. Conc.*

*p. 233.*

*Alb. Hist.*

*c. 83.*

Albigensium quoque causa in hoc  
Concilio pertractata. Venerat enim  
ad Concilium Raimundus Comes Tolo-  
sanus & filius ejus, & Comes etiam Fo-  
xia, supplices pro recuperatione terra-  
suar, qua a Cruce signatis exuti fuerant.  
Simon quoque Montfortius illuc mise-  
rat fratrem suum Guidonem, aliosque  
Nuncios, quorum fides sibi & prudentia  
perspecta erat. Quamvis vero etiam

*Guil. Armor.*

*to. VII. Spi.*

*tit. p. 210.*



ex Prælatiſ non nulli exiſtimarent, duo-  
 bus Comitibus ablataſ ditioneſ ſuaſ eſſe  
 reddendaſ, idque impetrare omnibuſ  
 viribuſ conarentur, Papa tamen, majore  
 & ſaniore Sacroſancti Concilii parte ap-  
 probante, negotium perfecit in hunc  
 modum; Comes Raimundus, ſub quo  
 nec fideſ nec pax unquam ſervari potue-  
 runt, a ditionibuſ ſuiſ perpetuo ſit ex-  
 cluſuſ, extra eaſ in loco idoneo mora-  
 turuſ, ubi dignam de peccatiſ agat pœ-  
 nitentiam, & pro ſuſtentatione ſua qua-  
 dringentaſ marcaſ annuatim percipiat.  
 Uxor vero ipſiuſ Comitiſ, ſoror quon-  
 dam Regiſ Arragonum, quæ ab omnibuſ  
 laudatur, quod ſit mulier honeſta & Ca-  
 tholica, terraſ ad ſuum dotalitium per-  
 tinenteſ integre habeat & quiete. At  
 tota terra, quam Crucelignati contra  
 Hæreticoſ obtinuerunt (ſalvo per omni  
 jure virorum Catholicorum, mulierum  
 & Eccleſiarum) concedatur Comiti  
 Montfortio, quo nemo ſtrenue magiſ in  
 hoc negotio laboravit, eamque ab hiſ  
 Principibuſ, a quibuſ de jure debet, te-  
 neat. Reliqua autem terra, quæ non  
 fuit a Crucelignatiſ occupata, cuſtodia-  
 tur ad mandatum Eccleſiæ per viroſ ex-  
 imioſ, qui negotium paciſ ac Religioniſ  
 curent & defendant, ut in eam adole-  
 ſcens unicuſ Comitiſ Toſolæ filiſ, poſt-  
 quam ad legitimam ætatem pervenerit,  
 Dd 3 reſti-

Sæcul. XIII.  
 A. C. 1215.



Sæcul. XIII. restituatur, si talem se studuerit exhibe-  
 A.C. 1215. re, ut dignus videatur, & vel totum vel  
 partem Dominii paterni mereatur.

*Guil.*

*Armor. p. 89* In hoc Concilio Papa, urgente Joan-  
 ne Rege, sed multis consilium non ap-  
 probantibus, omnes Barones Angliæ ex-  
 communicavit, qui hunc Principem, in-  
 ter sacros milites conscriptum, & Eccle-  
 siæ Romanæ Vasallum, persequabantur.  
 Hac excommunicationis sententia om-  
 nes illorum Baronum fautores, omnes  
 qui Joannis Regnum oppugnare molir-  
 entur, aut auxilia ei ferentibus obfiste-  
 rent, involvebantur. Ista ex Epistola

*Math. Par.*  
*an. 1216.*

*an. 1215.*  
*p. 230.*

Papæ die decima sexta Decembris anno  
 millesimo ducentesimo decimo quinto  
 cognoscimus. Sub finem Concilii Pon-  
 tifex Innocentius ab omnibus Præsuli-  
 bus haud modicas pecunias exegit, quas  
 a Romanis usurariis, duris conditioni-  
 bus, mutuas accipere, unacum sumtibus  
 sui itineris, coacti sunt. Si Mathæo Pa-  
 risiensi fides habetur.

### §. LVIII.

#### *Reliquiæ S. Dionysii.*

*M.S. Viñ-  
 rin. ap. Boll.  
 8 April. to. 8  
 p. 744.*

Cum Henricus Abbas S. Dionysii in  
 Francia, senio gravis, ad Concilium  
 Lateranense proficisci non potuisset,  
 Priorem Hemericum cum aliquot mo-  
 nachis illuc misit, quos Papa, Concilio  
 soluto,



soluto, ad se vocatos, ut benevolentiam Sæcul. XIII.  
 iis testaretur, ejusdam Sancti Corpore, A.C. 1215.  
 ad monasterium ipsorum deferendo, do-  
 navit, & dono suo Bullam adjecit, cu-  
 jus hæc est summa: *Diversæ sunt ho-*  
*minum opiniones de S. Dionysio Mar-*  
*tyre, cujus Corpus in Ecclesia vestra*  
*quiescit, & disputant, an revera Dio-*  
*nyssi Areopagitæ ossa sint. Nam ali-*  
*qui affirmant, ipsum in Græcia mor-*  
*tuum fuisse & sepultum, alium autem ab*  
*eo esse Dionysium, qui fidem Francis præ-*  
*dicavit. Referunt alii, S. Paulo Romæ*  
*capite plexo, S. Dionysium Areopagitam*  
*in urbem venisse, indeque a S. Clemente*  
*Papa in Galliam missum; illum vero, qui*  
*in Græcia decessit, alium esse Diony-*  
*sium, sed utrumque Sanctum. Nos igitur*  
*quia nec istam nec alteram opinio-*  
*nem rejicere volumus, sed Monasterium*  
*vestrum, immediate Sacræ Sedi subiectum,*  
*honorare cupimus, mittimus vobis S. Dio-*  
*nyssi Reliquias, quas defunctus Cardi-*  
*nalis Petrus, titulo S. Marcelli, tunc Sa-*  
*cra Sedis Legatus, ex Græcia Romam*  
*attulit, ut si tam unius quam alterius*  
*Dionysii ossa apud vos fuerint, nemo am-*  
*plius dubitet, quin Areopagitæ exuvias*  
*habeatis. Ceterum omnibus illis, qui*  
*bas Reliquias devote visitaverint, qua-*  
*draginta dierum Indulgentiam concedi-*  
*mus. Datum Laterani die quarta Ja-*  
*nuarii*

Dd 4

marii



Sæcul. XIII. nuarii anno millesimo ducentesimo decimo sexto.  
 A.C. 1215.

Præsumebat Papa, ut vides Lector, quod mittebat, corpus S. Dionysii Areopagitæ Reliquias esse; at Monachi S. Dionysii dicebant, ossa esse S. Dionysii Corinthii, quem Confessorem appellabant, & non nulli a Dionysio Areopagita non discernebant, quamvis illo junior totius Sæculi spatium fuisset. Denique non perspicio, quid corpus S. Dionysii Corinthii monachis contulerit ad præbandum, Dionysium Areopagitam apud se servari.

## §. LIX.

*Fratres Minores in variis Provinciis.*

vit. per Bonav. c. 12.  
 Vading. an. 1212.

Ferunt, S. Franciscum ad Concilium Lateranense venisse, & Papam publice edixisse, quod ejus Regulam, licet nulla data Bulla, approbasset. Atque illo, ut conjicere possumus, tempore Vir sanctus anxie deliberavit, an vitæ genus, etiam prædicationi, vel soli orationi dicatum sibi suisque arripiendum esset. Postquam de hac difficultate Fratres diu consulisset, certo tamen & evidenter cognoscere non valebat, utra institutio Deo magis grata futura esset, nec proprii intellectus lumine quæstionem solve.



solvere, quamvis alioquin mirabilia, con- Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.  
cesso sibi Prophetiæ spiritu, intelligeret.

Non erubescerebat vero Franciscus consi-  
lium a Fratrum suorum minimis, a sa-  
pientibus, a simplicibus, a perfectis, ab  
imperfectis expetere; quare duobus Fra-  
tribus ad Fratrem Silvestrum Presbyte-  
rum, tunc in monte prope Assisium com-  
morantem, ac orationi vacantem, mis-  
sis, rogavit; ut sibi ea aperiret, quæ ipsi  
Deus hac de re revelaret. A Sancta  
Clara quoque, missis nunciis, petit, ut  
proprio studio, ac etiam opera alicujus  
ex Monialibus suis simplicissimæ & inno-  
centissimæ Dei voluntatem inquireret.  
Fratres Silvester & S. Clara mira omnino  
concordia responderunt, constare de di-  
vina voluntate, Franciscum ad prædi-  
candum mitti. Ipse illico paruit, atque  
ad hoc Ministerium nova de cælo gra-  
tia præditus visus est.

Cum Franciscus Fratres suos ad præ-  
dicandum mitteret, hac eos Doctrina  
instruebat: *In Nomine Domini, ite bi-* Collat. 22.  
op. to. 31.  
*ni, toto habitu corporis ad humilitatem*  
*& modestiam composito; silentium in-* P. 340.  
*primis a mane usque ad tertiam strictis-*  
*sime servate, Deum mente orantes. Nul-*  
*la unquam verba otiosa & inutilia ex*  
*ore vestro procedant, & quamvis iter*  
*faciatis, mores nihilominus tam humiles*  
*& honestos exhibete, ac si in eremo vel*

D d 5

in



Sæcul. XIII. *in cellula vestra versaremini. Ubique*  
A.C. 1215. *que enim terrarum agamus, semper in*  
*cellula nostra sumus, videlicet cum cor-*  
*pore, fratre nostro. Anima vero nostra*  
*Anachoreta est, & Cellula hujus incola,*  
*in qua oret, & Deum cogitet. Quan-*  
*obrem nisi anima in hac cellula maneat*  
*& quiescat, parum illa viris Religiosis*  
*proderit. Talis sit vestra inter homi-*  
*nes conversatio, ut quicumque vos in-*  
*tueatur, aut loquentes audiat, Patrem*  
*nostrum cælestem laudet. Omnibus pa-*  
*cem denunciate, ipsi vero eam in ore &*  
*multo magis in corde conservate. Ne-*  
*mini occasionem iræ aut scandali ponite,*  
*sed lenitate vestra omnes ad mansuetudi-*  
*nem, ad pacem, ad concordiam adducite.*  
*Nam ad saucios sanandos & revocan-*  
*dos errantes vocati sumus, & complures*  
*vobis hodie membra Diaboli videntur,*  
*qui aliquando Jesu Christi Discipuli*  
*erunt.*

Hæc monita S. Franciscus Fratribus  
 suis, cum eos anno millesimo ducentesi-  
 mo decimo sexto in diversas provincias  
 dimitteret, dedisse creditur. In Hispa-  
 niam enim misit Fratrem Bernardum de  
 Quintavalle primum suum Discipulum  
 cum compluribus aliis, in Provinciam  
 Fratrem Joannem Bonellum Florentinum,  
 cum triginta tribus sociis, in Germaniam  
 Joannem de Penna cum sexaginta Fra-  
 tribus.

Vading. n. 1.  
2. &c.



tribus. In Longobardia Ministrum con-  
stituit Joannem *de Strachia*, quem po-  
stea revocavit, quod prudentiæ hujus  
Sæculi nimum dare videretur. In Mar-  
chiam Anconitanam delegavit Fratrem  
Benedictum Aretinum, in paucis sibi ca-  
rum, & in Thusciam Fratrem Eliam *de*  
*Cortona*, postea totius Ordinis Mini-  
strum Generalem. Ipse vero Fran-  
ciscus animo constituerat, Parisios, in  
illam Regionem, quæ nomine proprio  
Francia dicebatur, ac usque in Belgium  
vadere. Et urbem Parisiensem quidem  
ideo sibi delegerat, quod sciret ejus in-  
colas singulari devotione in sanctum Sa-  
cramentum affici. Sed priusquam iter  
in Franciam aggrederetur, Florentiam di-  
vertit ad Cardinalem Hugolinum, Epi-  
scopum Ostiensem, Sacræ Sedis Legatum,  
virum pietatis & optimi zeli fama no-  
tissimum, invisurus. Cardinalis vicis-  
sim, ad cujus aures Francisci laudes per-  
venerant, magno eum videndi desiderio  
tenebatur. Ergo, ut amicitiam profi-  
teretur, biduo apud se retento, cum ejus  
consilia explorasset, *Institutum tuum*,  
inquit, *modo vix in lucem prodit; non*  
*nescis, quam potentes adversarios Romæ*  
*expertus sis; sed adhuc dum alii ibi la-*  
*tent. Nisi aliquis in urbe negotium*  
*tuum diligenter curet, facile omnia, quæ*  
*adificasti, destruentur. Tu ipse rebus*  
*tuis*

Sæcul. XIII.

A.C. 1215.

Antonin. 3.

p. tit. 24. c. 7.

S. Franciscus

Vading.

1217.



Sæcul. XIII. *tuis Romæ necessarius es, & ego quidem*  
A.C. 1215. *operam meam ex ista hora condico.*

Franciscus, prolixè gratias agens, Domine! ait, complures Fratrum meorum in provincias remotas misi; si ego iterea domi quiesco, nullam laboris partem in me suscipiens, conquerendi occasionem præbebo sociis, inter homines ignotos & externos famem sitimque tolerantibus. Meo autem exemplo ad dam animum. Cur vero, reposuit Cardinalis, cum fratribus durissime agas? cur ad longa itinera, & tot ferendas ærumnas compellis? Cui Franciscus: Domine! putas, cælum nobis nostrum institutum ad salutem solius Italiae suggessisse; sed erras, quippe ego affirmo coram Deo, nos ad salutem omnium hominum, ne quidem Infidelibus exclusis, esse vocatos. Si Fratres nostri vitam ad normam præceptorum Evangelii composuerint, Deus ipsis, etiam inter inimicos suos existentibus, omnia abundanter conferet. His auditis, Cardinali in Virum sanctum amoris affectus crevit; hortatus est tamen vehementius, ut in Italia permaneret. Victas manus dedit Franciscus, & pro se in Franciam Fratrem Pacificum misit. Erat is Poeta seu cantilenarum Auctor, adeo celebris, ut Imperator dignum crediderit, quem sua manu coronaret; unde Vatum Laureatorum

Pisan. lib. 2.  
conform. 6.

Bonav. c. 4.  
Vading. an.  
1212. n. 37.



rum Princeps & Rex dicebatur. Cum <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
 Sanctum Franciscum sæpe dilaudari au- <sup>A. C. 1215.</sup>  
 divisset, & desiderium virum cogno-  
 scendi subiisset, eum quadam die in ali-  
 quo Monasterio urbis S. Severini ad po-  
 pulum e Cathedra dicentem habuit. Et  
 ecce rem miram! visus est ei ornatus  
 duobus gladiis fulgentibus & decussatis,  
 quorum alter a capite usque ad pedes  
 pendeat, alter ab una manu ad alteram  
 porrigebatur. Hoc portento commo-  
 tus, ad Deum se convertit, & relicto  
 mundo Franciscum secutus est, qui cum  
 in hoc Tyrone animum tranquillissimum  
 miraretur, eum *Pacificum* appellavit. I-  
 dem igitur, elapsis post conversionem  
 suam quatuor aut quinque annis, a  
 S. Francisco in Franciam missus, ibidem  
 omnium primus Fratrum Minorum Mi-  
 nister fuit. Illius autem itineris socii  
 Pacifico dati sunt Frater Angelus, pri-  
 mus deinde in Anglia Minister, & Frater  
 Albertus, postea totius Ordinis Minister  
 Generalis, numero quartus.

Missionis in Germaniam non talis,  
 qualis sperabatur, eventus fuit; nam <sup>Vad. 1216.</sup>  
 Fratres illuc missi linguam Teutonicam <sup>n. 10.</sup>  
 ignorabant, & quia ab Italia veniebant,  
 suspicio in eos cadebat, quod Hæretici  
 essent, qui non parvo numero tunc eje-  
 cti in alias regiones migrabant. Ipsor-  
 um habitus paupertatem indicans & ab  
 usu



Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

usu communi abhorrens, ac quod se interrogantibus lingua vulgari respondere non possent, suspicionem adornatæ fraudis auxit. Ergo pessime habiti & depulsi, cum ad Fratres reversi fuissent, quantum ignominia passi essent, narrent. Tamque sinistra de Germanis omnibus opinio Minoribus Fratribus haesit, ut exinde dicerent; nemini, nisi certi Martyrii desiderio flagranti, ad hanc Gentem pergendum esse.

Vad. 1216.  
n. 2.

Leg. 3. socior.

Fratribus deinde querelas ad Franciscum deferentibus, quod a compluribus Episcopis inclementer haberentur, & in Curia Romana homines non desissent, qui in eorum Institutum acriter declamarent, statuit, a Papa Ordinis sui Protectorem expetere. Re cum Fratribus mature pensata, Romam se contulit, ubi Cardinali Hugolino, ex Tuscia reducti, consilium suum aperuit. Cardinalis vero vicissim S. Viro significavit, nihil magis sibi in votis esse, quam eum aliquando coram Papa & Cardinalibus verbum Dei prædicantem cernere & audire. Diu repugnavit Franciscus, sed Cardinale vehementer urgente, sermonem magna diligentia concinnavit, ac memoriae mandavit. Sed en! ubi in conspectu Papæ fuit, præparati sermonis penitus oblitus, nullam vocem edere potuit. Postquam vero magna animi humi-

Bonav. c. 12.



humilitate infirmitatem suam professus Sæcul. XIII.  
A. C. 1215.  
est, & Spiritum Sanctum invocavit, co-  
pioissime dicere cœpit, ac tanta vi &  
elegantia, ut & Papa & Cardinales vehe-  
mentissimo animi motu concuterentur.  
Exinde in conspectum Pontificis admis-  
sus, præsentem Hugolino Cardinale, *San-  
cte Pater!* ait, *verecundia perturbor,*  
*quod molestus tibi accidam, in gratiam*  
*pauperum Fratrum nostrorum, tibi, in-*  
*quam, tanta alioquin negotiorum mole*  
*obruo. Sed hunc Cardinalem nobis*  
*dona, quem, quoties necessitas postula-*  
*verit, tua licentia & auctoritate fusi,*  
*adeamus.* Papa annuente, Cardinalis  
Hugolinus primus Fratrum Minorum  
Protector fuit.

## §. LX.

*Angli in Regem Joannem se-*  
*ditiosi.*

In Excommunicationis sententia, quam  
Papa contra Barones Angliæ protule-  
rat, complures nominabantur, atque  
eorum ditiones, speciatim autem urbs  
Londinensis Interdicto Ecclesiastico sub-  
jiciebantur. Ubi vero hæc sententia in  
Angliam delata est, sola urbs Londinen-  
sis eam contempsit, quod plerique dice-  
rent; hanc Censuram nec a Baronibus  
servandam, nec ab Episcopis promulgan-  
dam

*Math. Par.*



Sæcul. XIII.  
A.C. 1215.

dam esse. Literas Pontificias dolo & mendaciis fuisse extortas, ac proinde nullas; quibus accederet, quod Pontificis non esset, negotia sæcularia componere. *Dens*, ajebant, *S. Petro*, ejusque successoribus nullum aliud Regimen, quam quod ad Ecclesiam spectat, commisit. Cur ergo inexplebilis Romanorum cupiditas ad nostra usque pervadit? quid bellum, quod in Anglia gerimus, ad Episcopos Apostolicos? sunt videlicet successores Imperatoris Constantini, non Sancti Petri, cujus nec merita habent, nec facta imitantur. Romani isti, homines recordes, usurarii, simoniaci, in quibus generosum animum, aut militarem vigorem frustra quæsieris, jacta excommunicationis suæ censura, toti terrarum orbi dominari volunt.

Populo Londinensi in hunc modum strepitante, campanæ tota urbe pulsabantur, & divinum Officium, spreto Interdicto, elata voce celebrabatur.

*Id. an. 1216.*

Interea Rex Joannes provincias Angliæ ad Septentrionem positas vastabat, Optimatum Arces captas destruebat, agros depopulabatur, copiis ex ditioribus ultramarina, in Francia sibi subjecta, advectis. Hisque juncti erant Brabantini, ac Sicarii, qui, abactis pecoribus, undique igne ferroque sæviebant, & inaudita crudelitate quidquid pecunia in



pauperum domibus reliquum erat, ex-  
 primebant, nec Ecclesiis nec personis,  
 Deo sacris, parcentes. Barones rebus om-  
 nibus spoliati, & dolore amentes, in  
 Regem Joannem, velut de hominum  
 facie mancipium, maledice inveheban-  
 tur, quod se subjectum & Regnum suum  
 cuique mortalium vectigale, etiam da-  
 tis literis, effecisset. Quin in despera-  
 tionem actis nec reverentia Summi Pon-  
 tificis supererat, cui, tanquam præsens  
 fuisset, exprobrabant: *Te vero, quem*  
*Iustitiæ Defensorem, Pietatis speculum,*  
*totius Mundi lumen ac exemplum esse*  
*oporteret, talem Regem laudare, talem*  
*dominem tueri? tu Regi, postquam An-*  
*gliae rem publicam exhausit, & Optima-*  
*tes ejecit, præsidium ideo præstes, quod*  
*se tibi submiseric, atque ut bis artibus*  
*amplissimi Regni opes Romanæ avaritiæ*  
*voragine absorbeantur (\*)?*

Tan-

(\*) In Natali Alexandro de Joanne sine  
 terra Rege Angliæ lego, Sæcul. XIII. pag. 624.  
 ex Mathæo & Henrico de Knygthon: *Joan-*  
*nes male venit ad Regnum. Nam Arthurum*  
*de Britannia, filium Godfridi fratris sui, do-*  
*lose occidit, qui jure Hæreditario debuit ha-*  
*buisse coronam Regni Angliæ post mortem Ri-*  
*chardi avunculi sui. Hanc ob causam justum*  
*bellum intulit Joanni Philippus Augustus. Et*  
*Hist. Eccles. Tom. XIX.*

Ee infe-



Sæcul.XIII.

A.C.1216.

Tandem Barones Angliæ Regem si-  
bi eligere constituunt, tantæ potentia  
Principem, ut eos in bona sua restituere  
valeret, seque ad Ludovicum, Regis  
Franciæ Philippi Augusti filium, annum  
ætatis circiter vigesimum nonum agen-  
tem, & jam tunc Ludovici, successoris  
sui, parentem convertunt. Ergo Lega-  
tos ad Regem Philippum & Principem  
filium mittunt, cumque Rex ab eis ob-  
sides accepisset, Ludovicus filius, ut eo  
magis ipsorum fidem exploraret, redeun-  
tibus viæ socios dedit, viros duodecim  
ex Proceribus Franciæ, Londini deinde  
vigesima octava Februarii anno millesi-  
mo ducentesimo decimo sexto interma-  
ximæ lætitiæ indicia exceptos. At post  
quinque ferme septimanarum lapsum  
excommunicantur a Papæ Mandatariis,  
qui in Barones & urbem Londinensem  
Sacrae Sedi refractariam, appropinquan-

inferius pag. 625. Qui (Joannem Regem) pater  
ob Regni sui Donationem Ecclesiæ Romanæ sa-  
clam prædicaret, is oppido falleretur. Non  
enim Religionis sensu id præstitit, sed ut ratio-  
nibus privatis consuleret, nulla Reipublicæ  
cura.

Hic etiam notandum, quod Rex Joannes  
postea etiam Regi Marochii in Africa Regnum  
suum donare voluerit.



te Paschali tempore Censuras, anno su- <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
 periore promulgas, renovantes, iisdem <sup>A.C. 1216.</sup>  
 Proceres Francos eorumque familiares  
 complexi sunt. Festum Paschæ illo an-  
 no in diem decimam Aprilis incidebat.

Sub idem tempus Galonus Presby- <sup>Idem. Chro.</sup>  
 ter Cardinalis, & Papæ Legatus, in Fran- <sup>Guil. Nang.</sup>  
 ciam venit, prohibiturus, ne Ludovi- <sup>1216.</sup>  
 cus Princeps in Angliam transmitteret.  
 Is Philippo Regi Epistolas Pontificis ob-  
 tulit, in quibus rogabat, ne Regem Joan-  
 nem a filio suo quocunque modo vexari  
 sineret, & potius tanquam Ecclesiæ Ro-  
 manæ Vassallum defenderet. Sed re-  
 spondit Philippus Rex: *Regnum Angliæ* <sup>Res Angliæ.</sup>  
*nunquam fuit, nec erit, S. Petri patri-*  
*monium. Jam diu abhinc, cum Rex*  
*Joannes Regem Richardum, fratrem*  
*suum, de solio deturbare molitus fuisset,*  
*in ejus Curia accusatus, proditionis con-*  
*victus, & damnatus est. Proinde quia*  
*nunquam legitime Rex fuit, Regnum al-*  
*teri donare non potuit. Demus autem,*  
*quod aliquando jure regnaverit; at ne-*  
*fando scelere regnum amisit, cum Arto,*  
*nepote suo jugulato, iterum in judicio*  
*nostro damnatus est. Ceterum nulli Re-*  
*gum jus est Regnum suum alteri donandi,*  
*sine consensu Baronum suorum, quibus*  
*incumbit patriam defendere & custodire.*

Ee 2

Quod



Sæcul. XIII. *Quod si Papa Joannis Regis errorem*  
A C. 1216. *tueri vult, exemplum Regibus cunctis*  
*perniciosum præbet. Tunc vero Opti-*  
*mates Franciæ omnes una voce exclamare; se pro regulæ hujus veritate as-*  
*ferenda usque ad necem decertaturos, nulli Principum licere sola sua voluntate*  
*Regnum alteri tradere, aut vectigale efficere, sicque Nobiles & Equestres vi-*  
*ros jugo servitutis opprimere. Hac*  
*Lugduni die decima quinta post Pascha, scilicet vigesima quarta Aprilis anno mil-*  
*lesimo ducentesimo decimo sexto, age-*  
*bantur.*

Altera die Rex ad conventum advo-  
 cavit Ludovicum filium suum, qui, pa-  
 tris lateri assidens, Legatum torvis ocu-  
 lis intuebatur. Cumque ille preces re-  
 peteret, ne in Angliam transmitteret  
 Princeps, Rex Philippus respondit: *In-*  
*tegram ego semper Pontifici & Ecclesia*  
*Romanæ fidem servavi, quin etiam usque*  
*in hanc diem in omni causa, ad eam spe-*  
*ctante, quoties occasio id postulare vide-*  
*batur, profui. Hodieque filio meo nec*  
*consilium suggeram, nec opem concedam,*  
*qua contra Ecclesiam quidquam attente.*  
*Si vero affirmet, jus sibi aliquod in Re-*  
*gnum Angliæ esse, audiendus est, & quod*  
*justitia exigit, concedendum. Tum vir*  
 Eque-



Equestris Ordinis, cui Princeps causam suam commiserat, surgens, atque ad Regem conversus, *Princeps Auguste*, inquit, *nemo ignorat, in Regem Angliæ in Curia tua, Collegarum suorum iudicio, olim mortis sententiam fuisse latam, quod proditione infami & suis manibus Artum nepotem suum exanimaverit; eundem postea multis aliis criminibus fædum a Baronibus Angliæ abjectum, & tanquam indignum a Regno exclusum fuisse. Denique sine eorum consensu Angliam Papæ subjecit, quam etsi alteri donare non licuerit, potestas tamen ei fuit, se ipsum Regno abdicandi. Itaque vacabat Solum Britanniae, atque Barones, quibus id compete-  
bat, Ludovicum Principem sibi Regem elegerunt, ex jure uxoris\* e-  
jus, cujus mater, Regina Castiliæ, sola bodie ex omnibus fratribus & sororibus Regis Angliæ hac luce fruitur.*

\* Blancae

His reposuit Legatus; Regi Joanni, voto sacrae peregrinationis obstricto, quatuor annorum pacem denegari non posse, ejusque Ditiones omnes sub Sacrae Sedis præsidio securas esse debere. Cui Eques; Regem Joannem, priusquam sacrae militiae votum edidisset, in Principem Ludovicum bellum movisse, ejusque terras infestasse, & ne quidem

Ee 3

ad-



Sæcul. XIII.

A.C. 1216.

adhucdum, licet Cruce signatum, a proposito desistere. Proinde Ludovicum non tam ei arma inferre, quam illata repellere. Legatus vero, cui hæc argumenta non probabantur, addita comminatione excommunicationis prohibuit, ne Ludovicus in Angliam trajiceret, & ne Rex parens consensum præberet. Tum suggestit Princeps Regi, se quoad negotia, ad Angliam spectantia, Franciæ subditum non esse, rogavitque, ne sibi jus suum prosequenti obfisteret. Quibus dictis e coetu se proripuit. Legato in Angliam navigaturo, ideoque itineris præsidium literas Regias petenti, Philippus promisit, se eas quidem conditiones suas, non autem filii sui commeanti concessurum esse. Quo responso Galonus haud leviter offensus ab aula recessit.

## §. LXI.

*Ludovicus in Angliam navigat.*

**L**udovicus Regem parentem instantissime rogavit, ne expeditioni suæ obstacula poneret; se se enim Baronibus Angliæ juramento obligasse, quod eis auxilia esset allaturus, & malle se excommunicationi Papali aliquamdiu subiacere, quam datam fidem fallere. Rex, quæ



quæ inde secutura essent, prospiciens, <sup>Sæcul. XIII.</sup> noluit manifestum consensum de hac <sup>A. C. 1216.</sup>

profectione declarare, sed satis ei fuit rem dissimulare, abeuntique filio benedictionem paternam impertiri. Papa nihilominus suspicatus, Regem filio favere, ac suppeditare subsidia, literis ad Archiepiscopum Senonensem, ejusque Suffraganeos datis, significavit, Regem excommunicationis censura esse innodatum. Quare omnes totius Re- *Guil. Ar-*  
gni Optimates, in comitiis Meloduni *mor. p. 89.*

collecti professi sunt, se Regem ob hanc rem pro excommunicato non habituros, nisi de voluntate Pontificis satis constaret. Ludovicus vero Nunciis, ad defendendum coram Pontifice jus suum, quod sibi in Regnum Angliæ esse putabat, Romam missis, in Angliam trajicere festinavit, ut Legati adventum anteverteret. Ergo cum copiis Caleti classi impositus, vigesima prima Maji in Angliam appulit. Londini exceptus, populo magnæ lætitiæ signa edente, Magistrum Simonem Langtonium, Archiepiscopi Cantuariensis fratrem, Epistolis suis præfecit, quo auctore cives Londinenses, ac Barones Officium divinum, contemptis Censuris, celebrari petierunt. Is Principem quoque Ludovicum, ut consentiret, permovit.

Ee 4

Lega-



Sæcul. XIII.

A.C. 1216.

Legatus Galonus per literas certior factus, quod Ludovicus in magna jam Angliæ parte Regem se agnoscere obtinisset, & ipse mari trajecto, Glocestriam ad Regem Joannem venit, qui ut virum, in quo uno spes opesque ejus sitæ essent, complexus est. Is Episcopis, Abbatibus Clericisque, quotquot potuit, collectis Ludovicum Principem cum omnibus consciis, & Fautoribus, ac nominatim Simone Langtonio excommunicavit. Eaque Censura pulsatis campanis, accensis cereis promulgata est, mandatis ad Episcopos missis, quibus eandem per rotam Angliam omnibus diebus Dominicis denunciare jubebantur. At Simon Langtonius, & Gervasius Hoberge, Ecclesiæ Londinensis S. Pauli Cantor, cum quibusdam aliis dicebant, se ad conservandam jura Principis appellasse, & Legati sententiam nullius roboris esse affirmabant.

Inter hæc Ludovico Principi redduntur literæ, a Legatis suis Romæ commorantibus scriptæ, in hunc ferme modum: *Ad Papam pervenimus in die Paschatis* (puto hoc accipiendum esse de Dominica Palmarum, quæ in diem tertiam Aprilis incidebat) *eadem die admissi bilarem inter suos vidimus; sed ad*



nos conversus mutato vultu tristitiam professus est. Literas tuas tradidimus, Sæcul. XIII.  
A.C. 1216.

& nomine tuo Pontificem salutavimus. Ille respondit: Dominus vester salutatione nostra indignus est. Cui ego (scilicet Legationis princeps) Pater mi! credo fore, ut eum dignum existimes, postquam mandata nostra & argumenta audieris. Ita illa die recessimus, jamque e limine egressuris Papa humanissime dixit; se libentissime nos auditurum esse, quotiescunque id expeteremus. Sequenti die Martis, cum nos, misso familiari, ad se accersivisset ex diversorio nostro, postquam mandata a te nobis commissa exposuissemus, & ipse multa objecisset, tandem manibus suis pectus percutiens, & gravi ducto suspirio, heu, inquit, contumeliam effugere, utcunque res ceciderit, Ecclesia non potest! si Rex Ludovicus Angliæ vincitur, clades ejus nostrum pudorem secum trahet, cum Vasallus noster sit, ad quem propugnandum devincti sumus. Si Dominus Ludovicus succumbit, ruina ejus nostra quoque est, utpote vivi, in quo, tanquam in certissimo Ecclesiæ Romanæ præsidio, ubi tristes ingruunt calamitates, fiduciam posueramus. In fine dicendi adjecit; malle se mortem oppetere, quam esse superstitem, si Ludovico in varia belli bujus fortuna

Ee 5                      tuna



Sæcul.XIII.  
A. C. 1216.

*tuna grave malum accideret. Ceterum suadentibus quibusdam Cardinalibus festum Ascensionis Domini expectamus, ne forte, si abessemus, Decreta Papalis contra te liberius promulgarentur; In enim die Censuras antea denunciata Papa confirmare solet. Ad nos vero dixit, se literas Domini Galoni prolatari.*

Quæ vero Legati isti contra Regem Joannem Papæ exposuerunt, erant ferme sequentia. Primo, quod Artum interfecisset, quam ob eadem in Curia Regis Franciæ capite damnatus fuisset. At respondebat Papa; Barones Francia non potuisse mortis sententiam ferre in Regem, suo gradu & Dignitate ipsi majorem, ut nihil diceret, quod Leges & Canones inauditum damnari prohibuissent. Multa reponebant Legati & contendebant, quod ob sententiam in Regem Joannem pronunciatam ejus filii a Regno deberent excludi. Præterea Papa negabat, jus aliquod titulo uxoris suæ Ludovico Principi competere, & omnibus viribus affirmabat, Regnum Angliæ Ecclesiæ Romanæ rem esse, quam insuper jure possessionis teneret, postquam fides jurejurando fuisset promissa, & census redditus. Quibus adjiciebat: *Nullius culpæ reus sum, ob quam Ludovicus*



vicus Princeps me Regno Angliæ priva- Sæcul. XIII.  
 re possit, eoque minus, quod Rex Angliæ A.C. 1216.  
 complures Ditiones, ut Regis Vasallus,  
 in Francia teneat, quibus, si rebellis est,  
 exui potest. Responderunt Legati: An-  
 tequam Papæ in hoc Regnum jus esset,  
 bellum in Regem Joannem movebatur,  
 quod Ludovici Principis terras hostili a-  
 nimo infestasset. Tumque Papa: Ergo  
 Ludovicus ad me convertere se debuisset,  
 ut Regem, Vasallum meum, ad sibi satis-  
 faciendum compelleret. Ad hæc Lega-  
 ti: Omnium temporum consuetudine sta-  
 bilitum est, quod si quis Vasallus suo  
 arbitrio vicinum Principem armis aggre-  
 diatur, læsus defendere se possit, incon-  
 sulto hostis sui Domino. Iterum Papa:  
 In Concilio Oecumenico statutum, ut o-  
 mnes Principes, tunc bella gerentes, vel  
 pacem vel inducias inirent, quo expedi-  
 tiores ad succurrendum Terræ sanctæ  
 essent. Atque Legati: Cum Princeps  
 solvit ex Francia, nemo ab eo pacem, vel  
 inducias petiit. Nec credimus, Joan-  
 nem Regem eas etiam sponte oblatas ac-  
 ceptaturum fuisse. Tum Papa: Cruce  
 signatus est, ac proinde ex Decreto Con-  
 cilio cum omnibus bonis suis sub tutela  
 Ecclesiæ existit. Legati: Antequam Cru-  
 ce se signaret, in Ludovicum Principem  
 arma ceperat, quæ, etsi sæpe monitus,  
 necdum



Sæcul. XIII.  
A. C. 1216.

*necdum abjecit. Papa: Consentiente Concilio Barones Angliæ, omnesque eorum Fautores excommunicavi, qua sententia Ludovicus involutus videtur. Legati: Non ille Barones Angliæ tuetur, sed rem suam quærit, nec credit, Sanctitatem tuam vel Concilium quamquam, repugnante justitia, excommunicare voluisse, aut jus suum sibi adimipotuissè. Ita Ludovicus Princeps causam suam per Legatos Romæ defendebat, dum ipse provincias Angliæ, quæ meridiem & orientem spectant, sibi subiciebat.*

## §. LXII.

*Innocentii III. obitus,*

*Cum Innocentius Papa nihil ardentius desideraret, quam rei Christianæ in Palaestina pæne prostratæ consulere, pacem inter Pisanos, Genuenses & Longobardos revocaturus, Roma egressus mense Junio Perusiam venit; ubi, acceptis literis, in quibus Principis Ludovici in Angliam navigatio nunciabatur, extremo dolore obrutus, orationem exorsus est, in illam Ezechielis Prophetæ verba: *Mucro! Mucro! evagina te ad occidendum, lima te ut interficias. In eoque sermone Ludovicum, cum suo exer-**

*Martin. Pol.*

*Ric. S. German. 1216.*

*Guil. Arm. p. 89.*

*Ezech. 21. 28*



exercitu solemnī ritu excommunicavit. *Sæcul. XIII.*  
 Tum, accersitis Notariis, complures *A.C. 1216.*

cenſuras ſummi rigoris in Regem Philip-  
 pum & Franciæ Regnum dictare cœpit.  
 Sed in illo cogitationum tumultu a tertia-  
 na laeſſitur, eaque promte per medi-  
 cam artem depulſa, in graviorem fe-  
 brem incidit, acutis doloribus comitan-  
 tibus, quibuſcum per aliquot dies con-  
 ſiſtatus, & multum ciborum pro mo-  
 re ſumens, paralyſi, tumque lethargia  
 corripitur. Obiit decima ſexta Junii  
 anno milieſimo ducenteſimo decimo ſex-  
 to, poſtquam in Cathedra Romana an-  
 nis octodecim, menſibus ſex, & diebus  
 novem ſediſſet; in Eccleſia Cathedrali  
 Peruſiana ſepultus. Præter Episto-*lary.*  
 las, maximo numero, per annos, propemo-*conat.*  
 dum ut datæ fuerunt, diviſas, ab Inno-  
 centio Papa habemus complura Scripta,  
 Sermones, Tractatus pios multaſque alia,  
 ex quibus aliqua necdum typis edita  
 ſunt. Quæ ex ejus Episto-*lary.*  
 lis & Sermo-*conat.*  
 nibus retuli, ad cognoscendum ejus Sti-  
 lum & Doctrinam ſufficiunt.

Quibus moribus vixerit hic Papa,  
 etiam melius cognoscet Lector ex ipſius  
 factis, quam ex variis judiciis Scripto-*Rigord. p. 66*  
 rum; quorum aliquis de Innocentio  
 teſtatur, virum fuiſſe fortitudinis & ſa-  
 pientiæ



Sæcul. XIII.  
A.C. 1216.

*Guil. Arm.*  
p. 89.

*Matth. Par.*  
an. 1213.  
p. 206.  
*vit. ap. Sur.*  
16. *Fun. lib.*  
2. c. 6.

pietia eximia, qui maxima effecerit  
& admiratione digna, cui denique illo  
ævo nemo æqualis. Alius dicit, eum  
in non nullis negotiis rigori nimio in-  
hæsisse, ideoque ejus fatum subditis i-  
psius magis lætitiæ quam luctus causam  
extitisse. Mathæus Parisiensis de eoli-  
teris mandavit; Joannem Regem An-  
glia non ignorasse, quod hic Papa usque  
adeo ambitionis & superbiæ vitiis labo-  
raverit, ut nemo magis. Præterea In-  
nocentium insatiabili cupiditate auri  
flagrasse, nec ullum tam atrox esse cri-  
men, quod spe acquirendæ pecuniæ pa-  
traturus non fuisset (\*). Sancta Lut-  
gardis, Monialis Ordinis Cisterciensis in  
Brabantia narrare audita est, quod sta-  
tim post obitum Innocentius sibi con-  
spicius factus esset, ingenti flamma cin-  
ctus, & interrogatus, cur tamen dire cru-  
ciaretur, respondisset: *Tres ob causas*  
*ita torqueor, quæ etiam æternis suppli-*  
*ciis me justissime addixissent, nisi per*  
*intercessionem piissimæ Matris Dei, cui*  
*Monasterium condidi, in extremis me*  
*pœnituiisset. Sed pœnis atrocissimis usque*  
*ad extremum Judicii diem purgabor.*  
Thomas Cantipratensis, qui hoc factum  
refert,

(\*) Hæc iterum Mathæo Parisio teste refe-  
runtur.



refert, adjicit; quod Lutgarde revelan- Sæcul. XIII.  
 te tres illas poenarum causas non igno- A. C. 1216.  
 raverit, sed pro tanti Pontificis reveren-  
 tia manifestare noluerit. Quidquid ve-  
 ro de ipsa Visione sentiendum sit, ex hac  
 narratione cognoscimus, quod magnæ  
 pietatis viri sibi persuasum habuerint, in  
 Innocentio III. haud modica errata fuis-  
 se deprehensa (\*).

(\*) Palatius in Innocentio III. ad ejus o-  
 bitum ita refert pag. 728. Ejus obitum præ-  
 luit vultus Domini *Veronica* dictus. *Dum For-*  
*tunalis alea*, inquit Parisius, *statum Regni An-*  
*glia talibus turbinibus exagitaret*, Dominus  
 Papa Innocentius, quem vacillantis Ecclesiæ  
 cura sollicitabat, effigiem vultus Domini, quæ *Ve-*  
*ronica* dicitur, ut moris est de Ecclesia S. Petri  
 versus Hospitale S. Spiritus reverenter cum  
 processione bajulat. Qua peracta, ipsa effigies  
 dum in locum suum asportaretur, se per se gy-  
 rabat ut verso staret ordine, frons scilicet infe-  
 rius, barba superius locaretur. Quod nimis  
 abhorrens Dominus Papa, credidit illud in tri-  
 ste sibi præsagium evenisse. Ut plenius Deo  
 reconciliaretur, consilio fratrum in honorem i-  
 ipsius effigiei, quæ *Veronica* dicitur, quandam  
 Orationem composuit elegantem, cui adjecit  
 quem-



Sæcul.XIII. A.C.1216. quemdam Psalmum cum quibusdam versiculis  
 Et eadem dicentibus decem dierum concessit In-  
 dulgentiam, ita ut quoties repetatur, toties de-  
 centi tantundem Indulgentiæ concedatur. Tum  
 iterum: Præclara de Innocentio Papa Viri il-  
 lustres cecinere Elogia, inter quos Rigordus, de  
 Gestis Philippi Francorum Regis, Innocentius  
 Papa celebravit Romæ Concilium, Vir clarus  
 ingenii, magnæ pietatis, Et sapientiæ, cui nu-  
 lus secundus tempore suo. Est & illud S. An-  
 tonini 3. p. tit. 19. c. 1. post innumera opera  
 egregia virtutum demum beato fine qui-  
 vit. &c.

